

Zur
Gräfl. vom Hagen'schen

Majorats - Bibliothek



MÖCKERN

gehörig

No 530

~~000~~

002





2

COMMENTARI^I
IN CELEBREM
L. CONTRACTVS 23.
D. DE REG. IVR. QVIBVS
de Contractibus & Pactis, corumq; con-
ditionibus & effectibus, in vsum &
gratiam studiosorum iuris
diligenter accuratèq;
dissertatur.

Auctore HENRICO BOERO SALCATENO I V. D.
Adiecta est ad finem disputatio quædam, ex iisdem commen-
tariis à quodam studioso iuris petita, & publici exercitij
gratiâ tub ejusdē autoris præsidio Tübinger habita



+ B + D +

SPIRÆ

Typis Bernardi Albini, An. 1587.

И Н Е Р Б Я
М Е Д С Т В О
С О В Е Т О
Д А В И Д
С О В Е Т О
Д А В И Д

CN I expressas etiam ostensas uita
tempore mortis, in secessu mortis manifestata, anima
spiritusque suorum, in secessu mortis manifestata, anima
spiritusque suorum, in secessu mortis manifestata.




1823 MA 1823 L. 1823

MAGNIFICO ET
NOBILISSIMO VIRO, DO-
MINO MELCHIORI JAEGER A
Gerteringen, in Eningen & Buchenbach,
Illustrissimi Principis Ducus Wirtem-
bergici Confiliario intimo & pri-
mario, Domino suo obser-
uandissimo:

HINRIEV BOCERV SALCATENVS. I.V.D.

S. D.



No ab hinc
quinto, MA-
G N I F I C E &
NOBILISSIME
vir, pro virili
parte, in incly-
ta Academia
Iulia, quae est
Helmstadij, in
tra priuatos parietes iuris studiosis,
præter alia, etiam titulum Pandecta-



P R A E P A T I O.

rum de Regulis Iuris interpretatus fui.
Illas autem in eum titulum lucubra-
tiones meas ut Typis darem, plurimi,
quibus eas videre contigit, multis à
me modis aliquoties petierunt: Sed
quia tot eruditæ & elaboratissimæ cō-
mentationes aliorum, quorum meo
quidem iudicio signifer & Coryphaeus
meritò habendus est Petrus Faber, in
eundem Digestorum Titulum hodie
extant, hoc officium illis ut præstarem,
haetenus in animum inducere non po-
tui. Netamen quisquam ex iis inui-
diæ omnino accusare me queat, illa sal-
tem quæ in eiusdem tituli celebrem
legem contractus tunc temporis com-
mētatus fui, nuper verò relegi, & mul-
tis quæstionibus arduis & controuer-
sis auxi, formis Typographicis excusa
in lucem profero, ut intelligat studio-
si iuris, me quoque paratum esse, stu-
dia sua pro facultate iuuare, & labores,
quos alioqui difficultas iuris ciuilis ex-
igit, subleuare: quod puto me nunc
quodammodo præstissime, non solum
hoc præsenti commentariolo, sed etiam



P R A E F A T I O.

sciam illis in tres priores Pandectarum
partes vigiliis Disputationū mearum
fundamētis & rationibus munitarum.
Item illo methodico tractatu de dona-
tionibus, & quibusdam aliis, quæ om-
nia hoc tempore in publicum emitto.
Spero etiā ut alias meditationes meas,
ita & hanc opellam meam studiosis iu-
ris gratam & acceptam fore, siquidem
in vsum & commodum ipsorū cuiusq;
ferè contractus naturam, substantiam
& requisita, ex ipsis legū medullis stu-
diosè & diligenter cā expotuerim; non
quidem vulgaribus enunciatis, sed pri-
mum definitionibus plenis & perfe-
ctis, deinde verò ipsarum per singulas
partes fideli explanatione, annexis dif-
ficilium quarumq; iuris quæstionum,
quæ circa quemq; eorum cōtractuum
moueri possunt, accuratis discussioni-
bus. Quandoquidem verò, Magnifi-
ce & Nobilissime vir, tuam Domina-
tionem mihi meisq; multum fauere &
benè cupere sciam: eamq; vt aliarum
disciplinarum, præter linguarum etiā
peregrinarum cognitionem, quam ad-

P R A E F A T I O N

secura est,, sic & iuris ciuilis haud vulga-
ri scientia exornatam & instructam esse
intelligam , vt rectè quoq; & præclarè
de aliorum scriptis iudicare possit:

Itemque studiorum cultores amare
charosque habere,& alios etiam Nobili-
les(vt nuper quoque audiui) diligēter
hortari,vt non solum generosis equis,
sed & illi verè nobili studio iuris,& qui
dem in primis operam dent . idcirco
has iuridicas lucubrations meas tuæ
MAGNIFICENTIAE & Nobilitati of-
fro , consecro , dedicoque , summa
animi contentione rogans , vt leui-
dente hoc munusculum benigno vul-
ta suscipere , & cum ei tempus(quod
**raro fieri non ignoro) à plurimis suis
negociis , quibus distinetur , dum om-
ni studio , fide & diligentia I L L V.
STRISSIMO Principi , Duci Wir-
tembergico , Domino meo clemen-
tissimo consulit , vacat , perlegere
& considerare velit. Quas si Magni-
fientiae & Nobilitati tuæ probari sen-
fro , pro viribus contendam,vt & alia
me.**



P R A E F A T I O
meditationes meæ Typis excusæ in
publico breui conspiciantur. Vale
Nobilissime vir, & me meosque
in posterum etiam tuo fauore
complectere. Tubingæ
15. Iulij Anno

1587.

* *


*



CITATUM
in libro de exordio et origine
et consuetudine. Aucto-
ris minime sit. Et sic in
scriptis suis in quoque
seccione Tres Regum
et alii filii.



BREVARIUM
HVIUS LEGIS: ET
IN EAM TRACTATUS
distributio in capite
quinq[ue].



S^r hæc lex de
cōtractuum &
quasi contra-
ctuum bonæ fi-
dei modis sive
causis ut vocat
iuris autores.)
hoc est, condi-
tionibus , sive
adjunctis quibusdam. Itemque de pa-
ctis , quæ corundem modorum gratia
inter contrahentes fiunt. Dicam itaq;
primum, quid sit cōtractus : quid it em
quasi contractus. Deinde quid sit con-
tractus bonæ fidei : Et quid stricti iuris
contractus. Tertio qui sint illi contra-

Etuum & quasi contractuum modi sive cōditiones. Quartō qui modi ab uno quoque contractu naturaliter recipiantur: Denique dispiciam de pactis, quae eorundem modorum gratia inter contractentes fiunt.

CAPUT PRIMUM.

QVID SIT CONTRACTVS
quid item quasi contractus.

SUMMARIUM

- 1 Papinianus duos definitionum conscripsit libros. Definitiones rerum iuridicarum perfecta constitui possunt. Interpretes quidam male explicant l. omnis. 202. D. de reg. jur. Contractus perfecta definitio in libris iuris nusquam proponitur. In l. Labeo. 19. D. de verb. sign. Contractus definitio imperfecta traditur contra quosdam interpretes.
- 2 Contractus uovorumq̄s obligatorij non sunt impropriū contractus contra DD. Verus intellectus l. Labeo. 19. D. de verb.



verb. sign. Contractus nomen tripliciter accipitur, propriè, non impropriè, impropriè. Intellectus l. omnem. 20. D. de iudic.

3 Contractus definitio à Theophilo tradita improbatur bifariam.

4 Nullus interpretum felicius contractū definitivit, quam Iacob. Cujac. licet per omnia ejus definitiones cōtractus probari nequeant.

5 Perfecta & accurata contractus definitio ejusq; studioſa & longa explicatio, qua verū discrimen contractus & pacti, etiam legitimi, itemq; distractus, aliarumq; conventionum, prater reliqua de contractibus, pactis & obligationibus valdè jucunda & scitu necessaria, diligenter ostenditur.

6 Contractus etiam ab altera tantū parte obligatorij, Græco nomine οὐαλλάγητα dicuntur contra interpre.

7 Pacta legitima non esse contractus aliquot firmis & immotis argumentis cātra DD. disputatur: & simul res multa in materia cōtractuum, pactorū, & obligationum scitu dignæ, explicātur.

CAPUT PRIMVM.

- 8 Resolutur controversa illa quæstio, An iure canonico nudum pactum actione pariat. Et quid ac in parte moribus receptum sit declaratur.
- 9 Definitio quasi contractus, eiusq; species proponuntur. Docetur item indebet solutionem quandoque contractum esse, non quasi contractum.

Ts i Papinianus I. C. acutissimi ingenij vir, & meritò antea lios excellēs, l. cùm acutissimi. 30. C. de fideicō.

Iuris asylū & doctrinæ legalis thesaurus, vt ait Spartianus in Secuero, duos definitionum integros libros confecerit, teste inscriptione l. 7. D. de iust. & iur. & l. 1. D. de legib. itemque auctore Angelo Politiano libro 4. Epistolarum, epistola 9. Quamuis etiā non minus iurisq; aliarum disciplinarū res aptè accurateq; definiri possint: q̄ppe cū dolimali obligationis, actionis, ipsiusq; iuris, ac iurisprudentiæ, itemque Nuptiarū & Tutelæ (vtalia omittam) definitiones à I. C. & Justiniano optima

QVID SIT CONTRACTVS 3
optimæ & partibus suis ac omnibus nu-
meris absolutæ definitiones in libris
nostris iuris proponantur: ut meritò au-
diendi nō sint Decius & Cagnolus, cæ-
terique interpres, qui l. omnis defini-
tio. 202. D. h. t. accipiunt de Dialectica,
h. e. secūdum regulas & leges Dialecti-
cas composita definitione, cùm tamen
illa de regula saltem siue sententia iu-
ris, quæ etiam definitio dicitur. l. i. D. de
regu. Caton. cum similibus loquatur,
ut rectè Constantinus Harmenop. lib.
6. Epit. Tit. 2. Itemq; Accursius, Petrus
Faber & alij in d. l. omnis. D. h. t. docēt:
Nusquam tamen in libris nostri iuris,
Contractus plenam & perfectam defi-
nitionem, quæ omnem contractum ex
conuentione obligatorium comple-
teretur, veteres I. C. aut Imperatores,
(quod scirem) nobis reliquerunt. Extat
quidem contractus definitio quædam
in l. Labeo 19. D. de verb. & rer. signifi.
hęc scilicet: Contractus est vltro citro-
que obligatio. Verum illa nō omnem
explicat contractum. Primò enim ver-
bis, vltro citroq; significatur tantū mu-

CAP V T PRIM V M

tua obligatio, hoc est, quæ vtrinque, si
ue ab utraque parte contrahitur. §. igi-
tur cùm quis. Instit. de oblig. quæ quasi
ex delict. nasc. l. Seruius. 19. D. manda-
ti. Deinde omnia exempla, quibus con-
tractus illa definitio ibidem illustratur,
sunt contractus vtrinque obligatorij.
Postremò in eadē illa lege I. Cōf. La-
beo stipulationem & mutui dationem
contraftui non adscribit, sed actus ap-
pellat: cùm tamen stipulatio & mutuum
verè sint contractus. l. i. in fine. D. de pa-
ctis. §. Ius autem gentium. Instit. de iur.
naturali gent. & ciuil. vt & dotis datio,
itemque arrarhum datio. l. contractus.
C. de fide instrumē. & hac lege nostra.
Errant itaque interpretes nonnulli exi-
stimatorum contractus definitione pro-
posita in d. l. Labeo. 19. D. de verbis. &
rer. signific. omnem contineri contra-
ctum etiam stipulationem & mutuum:
idque significari per voces illas, *vtrō*
citroq̄z, quas intelligunt respectu cōsen-
sus, quasi consensum, qui in contradi-
bus interuenire debet, *vtrō citroque*,
hoc est, vtrinque, siue ab utraque par-
te in-



QVID SIT CONTRACTVS.
te interponi oportet.

2 Porro Accursius, Bartolus, & reliqui interpretes, veteres & Neoterici in d.l. Labeo, & alibi vno ore affirmant & tradunt, quod contractus utrinque obligatorius, qui definitur in d.l. Labeo. 19. D. de verbo. & rer. significat. sic propriè contractus. Reliquos vero contractus, qui ab una tantum parte obligationem producunt (qualis est stipulatio mutuum, Dotis datio, arrharum datio, innominati contractus, &c.) impro priè dici & esse contractus. At hæc sententia veritati minimè consona est, ut evidentissimè probat aliquot loca sub tit. de obli. Inst. quæ quasi ex contractu nasc. In principio eius tituli cū Imperator Iustinia. ait, *Post genera contractuum enumerata, p* contractus sanè etiā mutuum & stipulationē intelligit. Nā de iis etiā superioribus titulis differuit. titu. scilicet Quibus modis re contrah. oblig. in prin. & tit. de verb. oblig. & quinque titulis seqq. Deinde sub eodem illo prin: ulterius Imperator, dispiciamus (ait) etiam de iis obligationibus, quæ quidē



non propriè nasci ex contractu intelliguntur. Hæc verba, Non propriè ex contractu. relata ad præcedentia verba. Post genera contractuum enumerata, expressè ostendunt, nullum eorum cōtractuum, qui superioribus titulis expositi sunt, esse impropriè contractum dicendum. Idem etiam indicat sub codem tit. hæc verba, Ex nullo contractu propriè nasci, Non propriè ex contractu: non intelligitur ex contractu propriè obligatus esse. Non propriè ex contractu obligatus intelligitur, Non intelligitur propriè ex contractu obligatus esse. His verbis omnibus respicit lustinianus etiam ad præcedentes titulos, significans, superioribus titulis expositas esse obligationes, quæ propriè sunt ex contractu, illo verò titulo explicari obligationes, quæ non sunt propriè ex cōtractu. Præterea, quoties tractatu habito negotium quoddam inter aliquos contrahitur, toties propriè cōtrahitur obligatio. §. tutores quoque, ibi, Nullū enim negotiū inter tutorem & pupillum contrahitur. & §. item si inter, ibi, quippe nihil inter se cōtraxerunt. Insti.

d.t.Er-



QVID SIT CONTRACTVS.

d.t. Ergo & mutuo, idem stipulatione,
quippe qui tractatum & cōventionem
requirunt, propriè contrahitur, & pro-
prijs sunt contractus mutuum & stipu-
latio. Neque reclamat d.l. Labeo. 19. D.
de verb. & rer. sign. Vbi mutuum & sti-
pulatio dicuntur actus, & à contractu
separantur: vt etiam in l. creditores, in
fi. D. d.t. Primò enim d.l. Labeo 19. D.
de verb. sign. pertinet ad certam iuris
partem, vbi actus, contractus, & gestus
inuicem opponuntur, vt strictè cuiusq;
significatio sit accipiēda: nimirum per-
tinet ad interpretationem edicti Præto-
ris de restitutione in integrū. Estenim
Vlpiani I. C. ex lib. II. ad Edictum, vt te-
statur eius inscriptio in Pandect. Florē.
Eo autē libro Vlpianus interpretatus
est Prætoris Edictum de restitutione in
integrum, sicuti ostendunt inscriptio-
nes cōplurimarum legum Tit. Pādect,
Quod metus causa & seqq. titulorum.
In Edicto autem de restituēdis illis, qui
læsi sunt capitis diminutione, Prætor
tres illas voces inuicē separat & distin-
guit. l. 2. §. 1. D. de capite diminutis. VI-



pianus itaque interpretans Edictum il-
lud, ne vlla earum vocum ociosa vide-
retur, tradidit stipulationem & mutui
dationem esse actum & per actum intel-
ligi in illo Praetoris edicto. non etiā per
contractum ex Labeonissententia, qui
haud dubiè similiter idem editū Prae-
toris lib. I. Praetoris Urbani. vnde Vlpia-
nus eam legē petiit, interpretatus fuit,
Deinde etiam illud dici non incommo-
dè potest ad l. Labeo. 19. & d.l. Credi-
tores, in fin. D. de verb. & rer. significa.
Quòd licet inde cōstet, cōtractus vtri-
que obligatorios propriè esse contra-
ctus: inde tamen non sequi continuò,
quod contractus, qui ab una duntaxat
parte obligationem producūt, siatim
propriè contractus. Nam omne quod
non est proprium, non statim dicendū
est impropiū, quippe cùm hęc tria Pro-
priè, Non propriè, & impropriè, siue Nō
propriè opponātur in libris nostri iuris.
I.i. D. de suis & legitimi. Ibi Vlpianus I.C.
docet, intestatum aliquem dici vel pro-
priè, vel non propriè, vel non pro-
priè, siue impropriè. Ad eundem igitur
modum



QVID SIT CONTRACTVS. 11
modum crediderim, contractus nomine
in libris nostri iuris tripliciter accipi,
propriè, non impropriè, non propriè,
sive impropriè, ut propriè dicatur con-
tractus, qui utrinq; sive ab utraq; parte
obligationem producit. Non impropriè,
qui ab altera duntaxat parte obligatio-
nē parit. Siquidem hic, ut iam autē pro-
bauit, non possit dici impropriè contra-
ctus. Non propriè verò sive impropriè,
qui omnino contractus non est, sed vel
quasi contractus, vel pactum, vel deli-
ctum, vel quasi delictū, quæ omnia cō-
tractus nomine comprehenduntur in
l. omnem. 20. D. de iudi. Ea lex non est
intelligenda tantum de veris & propriis
vel non impropriis cōtractibus: sed de
omni causa & negocio, unde obligatio
nascitur: pertinetque ad illam quæstio-
nē, vbi quis agere, & conueniri debeat:
quæ est altera pars istius tituli, ut Rubri-
ca indicat. Agere & conueniri quis po-
test, non tantum, vbi reus domicilium
habet, sed etiam vbi constituit se solu-
tum, item vbi contraxit, l. heres. 19.
cum similibus. D. de iudic. l. 1. 2. & 3. D.



12 CAPUT PRIMUM
derebus auctor. iudi. possid. Sed quæ
stionis est, quomodo h̄ic contractum
accipere debeamus? Et docet Paulus in
d.l. omnem, 20. D. dē iudic. omnē obli
gationem pro contractu habendam es
te: ut vbi cunque aliquis obligetur (sive
proprio contractu, sive quasi contra
ctu, sive delicto, sive quasi delicto. Nā
h̄e sunt causa obligationis §. sequens
diuisio insti. titul. de obligat.) contrahi
quoque intelligatur. Vbicūque igitur
vel propriè quis cōtraxit, vel quasi, vel
deliquit aut quasi deliquit, ibidē etiam
conueniri potest, quæ est sententia &
intellectus d.l. omnem, 20. D. de iudic.
vt etiam Duarenus docet a.l d. titul. de
iudiciis. cap. de foro competenti. pag.
198. Atque ita contractus nomen in ea
lege accipitur non tantūm propriè, &
non impropriè, sed etiā impropriè: ut &
hac lege nostra, & §. omnium. Instit. de
actionibus, vbi per contractum signifi
catur etiam quasi contractus. Sic nego
tiorum gestio, quæ impropriè & quasi
contractus est. §. igitur c̄im quis. Instit.
titul. de obligat. quæ quasi ex contract.
nasc.



QVID SIT CONTRACTVS. 13

nasc. simpliciter contractus dicitur in l.
Sed & cùm aliquis. 16. D. de negot. gest.
Item tutela sive tutelæ administratio,
quæ impropriè & quasi contractus est.
§. tutores quoque. Instit. de obliga. quæ
quasi ex contract. nasc. simpliciter dici
tur contractus in l. ex contractibus. 49.
D. de oblig. & action.

3 Cæterū nec satis proba est con-
tractus definitio à Theophilo tradita.
Tit. Instit. de obligat. in fine. quæ Lat-
nè concepta est. Contractus est duorū
pluriūve in idem conuentio & consen-
sus ad constituēdam obligationem, &
vt alter alteri fiat obnoxius. Duplici e-
nim vitio mihilaborare videtur, Primò
incidit in pactum, illique similiter com-
petit. Nam & qui paciscuntur, solent
conuenire & consentire in idem, ad cō-
stituendam obligationem, & vt alter
alteri fiat obnoxius, cùm tamen effica-
citer non obligentur. Pactum enim sua
viacindole obligationem ciuilem, hoc
est, efficacem obligationem nō produ-
cit. i. iuris gentium. 7. §. sed cùm nulla,
& §. leq. D. de pact. i. si tibi. 27, de locat.



& conduct. qualem sua natura & propria virtute parit contractus §. sequens diuisio. Instit. de obligat. & d.l.iurisgen tium. 3. in principio. & §. 1. D. de pactis. Vnde in d.l. Labeo. 19. D. de verbor. & rer. signifi. Simpliciter contractus dicitur esse obligatio. Et in I. ex hoc iure. 5. D. de iustit. & iure I.C. Hermogenianus contractuum & obligationum simul & coniunctim mentionē facit. De inde eiusmodi definitio explicat duntaxat contractum vtrinque obligatorium. Nam illis verbis, *alter alteri*, is tantum contractus significatur. §. vlt. Insti. de obligat. ex consensu. & I. 2. §. fina. D. de obligat. & actio. & tradit Ioann. Bor cholt. Antecessor in enclyta Academia Iulia, quæ est Helmestadij in commen tariis de pactis. cap. t. nu. 6.

4. Ex innumeris quoq; contractus definitionibus interpretum ingenio constitutis, quas quidem mihi videre contigit, nullæ felicius rem explicant, quam quæ à Domino Cuiacio traditæ sunt, licet nec illæ per omnia satis vide ri possint accuratæ. Quare aliis omissis, eius

QVID SIT CONTRACTVS.

Etis duntaxat definitiones hic proponere libuit. In l. iurisgentium. 7. D. de pactis. hoc modo contractum definit. Contractus est cōuentio & negotium ex quo obligatio cōtrahitur. In hac definitione nihil vitij deprehendere quis facile poterit, quippe quæ constat suo vero genere. Cōuentio & negotium, & forma, Ex quo obligatio contrahitur. Sed cum etiam ex nudo pacto legitimo obligatio & actio nascatur, l. legitima. 6. D. de pact. videri alicui vitiosa posset ea definitio non animaduertendi, quod Cuiacius his verbis, Ex quo obligatio contrahitur, significārit, ex ipso contractu absque iuris ciuilis confirmatione obligationem nasci, cum tamen pactum legatum non sua virtute, sed legis ciuilis confirmatione obligationem producat, ut aliquantò longius progressus manifestum reddam. In Paratitlis in Cod. titul. de obligatio & action. contractum definit in hæc verba. Contractus est cōuentio, quæ proprium & legitimum nomen habet, vel quæ nomine vacat, datione tamē aut facto aliquo iungi sit



effectum. Hæc definitio elegans est & studiosè composita, continens contrac-
tus nominatos & innominatos, eoru-
que naturam subtiliter explicans. Per
vocem *legitimum*, ostendit nominatos
contractus esse, quorum nomina legi-
bus, hoc est, iure ciuili prodita sunt, quod
idem docet ad d. l.iurisgentium.7. in
princ. D. de pact. ex l.3. D. de præscript.
verb. nec sibi contrarius aut memoria
fortè lapsus videri debet, cum in iisdē
Paratit. tit. de pact. in fine. affirmat em-
ptionem & venditionem contractum
esse, non pactum, quod ei iuregentium
proprium nomen inditum sit. Nam in
d.l.3. D. de præscrip. verb. per appellatio-
nes iure ciuili proditas, non tātūm in-
telligere debemus contractuum appel-
lationes iure ciuili inuētas, sed & iā eas,
quæ quidem iuregentium inuentæ. At
iure ciuili singulariter cōprobatae sunt,
argumen. §. omnium. ver. ciuiles sunt.
instit. de oblig. Per verba *Datione rāmen*
aue facto aliquo sumpsi effectum, docet, q̄
innominatus contractus initiū & sub-
statiā capiat ab ipsa datione vel facto,

ncc



nec nuda ipsa conuētio de dando vel fa-
ciēdo sit cōtractus, vt traditur d.l.iuris-
gentiū.7. §. sed et si in aliū. D. de pact. l.
i. §. item emptio ac venditio. D. de rē.
permūt. Ideoque Do vt des contractus
est: Dabo vt des, pactum. Idem Cuiac.
libr. 2. obser. cap. 15. Sed hæc contractus
definitio incidit in acceptilationem.
Nam & acceptilatio est conuentio, quæ
proprium & legitimū nomen habet,
cūm tamē non sit contractus, sed di-
stractus, non ipsa contrahatur obliga-
tio, sed distrahitur §. item per accepti-
lationem, Instit. tit. Quib. mod. tol. ob-
lig. & toto tit. D. & C. de acceptilat. Idē
Cuiac. in l. si vñus. 27. §. pactus ne pete-
ret. in verbo, sicut tollitur obligatio.
D. de pact. Conabor itaque contractus
quandam accuratiorem definitionem
hic proponere. hanc nimirum. *Contra-*
citus est conuentio obligatoria, propria suā fa-
cultate absque iuris ciuilis confirmatione ob-
ligationem ad agendum efficacem produ-
cens. Huius definitionis membra ordi-
ne explicabo, & eius vim clarè aperiā.
Dico *Conuentio*, quod genus est contra-

&tus.l.i.§.conuentiones. D. de pact. ibi
Vlpian. Conuentione, inquit, verbum
generale est, ad omnia pertinēs, de qui-
bus negocij contrahendi transigendū
que causa cōsentient, qui inter se agūt.
Est itaque contractus conuentio, quod
genus commune habet cum pacto & di-
stractu. Eoq; genere cōtractus distingui-
tur à quasi cōtractu & pollicitatione: itē
à delicto, & quasi delicto, q̄ cōuetiones
non sunt, idq; verissimum est, licet nu-
per quidam in tractatu aliquo de con-
tractibus, contractū definierit conuen-
tionē, &c. & illa definitione indebitū,
atque ita quasi contractum, item pol-
licitationem cōtineri affirmārit. Dico
præterea in definitione *Obligatoria*. Nā
vt conuentio sit cōtractus, necesse quo-
que est, vt ea agatur & tractetur de obli-
gatione l.3. D. de obli. & act. Ibi Iuris cō-
sultus Paulus. Non satis autem est, in-
quit, dantis esse nummos , & fieri acci-
piētis, vt obligatio nascatur, sed etiam
hoc animo dari & accipi, vt obligatio
constituatur: itaque si quis pecuniam
donandi caussa dederit mihi:quāquam
& do.



QVID SIT CONTR.

& donantis fuerit, & mea fiat: tamē nō
obligaborei: quia non hoc inter nos a-
ctum est. Verborum quoque obligatio
constat, si inter contrahentes id agatur,
Nec enim si per iocum puta, vel demō-
strandī intellectus caussa ego tibi dixe-
ro, *Spondes?* & tu responderis, *Spondeo;*
nasceretur obligatio. Hæc Vlpianus, Ne-
ratius quoque I. C. in l. ab emptione, 58.
in fin. D. de pact. Quia, inquit, eo mo-
do non tam hoc agitur, ut à pristino ne-
gocio discedamus, quām vt nouæ quæ-
dam obligationes inter nos cōstituan-
tur. Similiter & Julianus, nō omnis, in-
quit, numeratio eū, q accepit, obligat:
Sed quoties id ipsum agitur, ut cōfestim
obligaretur. I. non omnis 19. in princip.
D. de reb. cred. Hoc itaque definitionis
verbo distinguitur contractus à dona-
tione, quæ sit rei traditione, item à solu-
tione & acceptilatione, &c. quæ omnia
quidem sunt conuentiones, non tamē
contractus, quippe cum iis non agatur
de constituenda obligatione. Dico de-
inceps, *Propria sua facultate absque iuri scilicet confirmatione*, ad differentiam pacti



10 CAPVT PRIMVM

legitimi. Contractus sua natura & propria vi ac facultate absque legis confirmatione obligationē & actionē producit, quēadmodū testantur iuris textus, cùm simpliciter dicunt, contractum esse obligationem. I. Labeo. 19. D. de verbo. & rer. signi. Item obligationes sunt ex contractu §. sequens diuisio. insti. de obli. Itē obligationes nascuntur ex contractu l. i. in prin. D. de obli. & act. Item cōsensu fiunt obligationes, & cōsensu contrahitur obligatio. Insti. tit. de obli. ex consensu l. 2. in princip. & §. i. D. de obligat. & act. Item contractus pariunt obligationes, l. iuris gentium. 7. §. i. D. de pact. Item quando contractuū & obligationum coniunctim & simul mentionē faciūt, vt in l. ex hoc iure. 5. D. de iustit. & iur. & in d. l. i. §. conventionis. vers. adeo autem. D. de pact. Pactum vero legatum, licet pariat obligationē & actionem, non tamen proprias sua facultate. sed ex legis ciuilis confirmatione eam producit. d. l. legitima. 6. D. de pactis. & ibi Cuiac. hoc tradit, quem sequitur Ioan. Borcholt. in commētariis
ad dict.



ad dict. tit. de pact. cap. 1. nu. 10. & cap. 2.
in 2. pactorū diuisione. nu. 1. 2. & seqq.
Hinc etiam Impp. Dioclet. & Maximia.
in l. maior annis. 23. C. de pignor. & hy-
poth. rescripsérunt, pignoris, hoc est hy-
pothecæ conuentionem esse solum &
nudum pactum, & hoc pactum tueri iu-
risdictionem. Iurisdictionem, aiunt, vt
ostendant hypothecæ pactū non vi sua,
& quatenus pactum est, sed ex iurisdi-
ctione, hoc est, ex edicto Prætoris actio-
nem parere. Quod idē etiam docet Pau-
lus I. C. in l. si tibi decē, 17. §. de pignore.
D. de pact. De pigno. inquit, iure ho-
norario nascitur pacto actio. Non di-
cit simpliciter de pignore nascitura actio
pacto siue ex pacto, sed addit, *Iure hono-*
rario, hoc est iure prætorio, vt scilicet o-
stendat ex pacto pignoris nasci quidem
actionem, sed non propria pacti vi. ve-
rum confirmatione præatoria. Hoc ita-
que differt cōtractus à pacto legitimo.
Et quidem non solum contractus iuris
ciuilis, qualis est stipulatio, quæ non ex
cōfirmatione, sed ex noua introductio-
ne & inuētione ciuili obligationem &



CAPUT PRIMVM

actionem parit : sed etiam contractus
iurisgentium, quales sunt, emptio, ven-
ditio, locatio, cōductio, societas, man-
datum, mutuum, &c. qui omnes absq;
iuris ciuilis singulari cōfirmatione ob-
ligationes & act. cōstituunt, quēadmo-
dum intelligitur ex l.s.6. & 7.D.de pa-
ctis.in l.s.d.tit.conuentio diuiditur in
legitimam & iurisgentium conuentio-
nem.in l.6. legitima conuentio defini-
tur, quæ lege aliqua confirmatur. Inde
sequitur iurisgentium conuentiones
esse, quæ caret legis confirmatione, &
absque illa per se subsistit. Licet autem
iurisgentium conuentiones nō sint le-
ge aliqua confirmatæ, nihilominus ta-
men sua vi & propria facultate, vel obli-
gationem & actionem pariūt : vel pro-
ducunt tantum exceptionem, quarum
illæ dicuntur contractus, hę verò pacta
appellantur.d.l.7.D.de pact. Contra-
ctus itaque iurisgentium absque legis
ciuilis confirmatione obligationes ad
agendum efficaces constituunt, idque
etiam Hermogenianus I.C.in l.s.D.de
iustit.& iure.docet, cùm ostendit,iure
gen-

gentium etiam obligationes institutas
esse, per obligatiōes intelligit efficaces
obligationes: Nam obligationis verbo
simpliciter in libris nostri iuris positō
efficax significatur obligatio, ut infini-
tis in locis demonstrari potest. Deniq;
idem etiam vult & tradit Ulpianus in l.
naturales. 10. D. de oblig. & actio. & Iu-
lianuſ in l. fideiūſſor obligari. 16. §. na-
turales obligationes. D. de fideiūſſori-
bus. Naturales, inquiunt, obligationes
non eo solo æstimantur, si actio aliqua
earum nomine competit: verum etiam
eo, si soluta pecunia repeti non potest.
Hinc intelligitur etiam naturales, hoc
est, iurisgētium obligationes, quas cō-
tractus iurisgētium constituūt, absque
legis ciuilis confirmatione obligatio-
nem ad agēdum efficacem producere.
Sic quoque obligatio ex mutuo, quæ
efficax est, naturalis dicitur obligatio in
l. si ita stipulatus. 126. §. Chriſogonus.
D. de verbor. oblig. Non obſtat titu. In-
ſtit. de obligat. Vnde bifariam, hoc est,
& ex definitione, & ex prima diuisione
obligationis, ostēdi potest: omnem ob-



ligationem ad agendum efficacem esse ciuilem. Non obstat, inquam, Ibi enim etiam iuris gentium obligationes per se efficaces, dicuntur ciuiles, non quod à iure ciuili, hoc est, certa aliqua lege ciuili specialiter & singulariter sint vel inuentæ vel confirmatæ, sed quod iure ciuili duntaxat communiter sint comprobatae, hoc est, usurpatione acceptæ, ut ibidem Accursius in verbo *Comprobatae*, itemque Cuiacius & alij docent, affirmantes per obligationes legibus constitutas ibidem intelligi obligationes legibus vel inuentas vel confirmatas: obligationes verò iure ciuili comprobatas eo loco Iustiniano esse, quæ à iure gentium inuentæ sunt, & per se absque legis ciuilis confirmatione suā obtinent firmitatem: iure autem ciuili saltem sunt comprobatae, hoc est, usurpatione acceptæ. Et hanc ibidem Iustiniani esse mentem, primum ex eo cognosci haud obscurè potest, quod non simpliciter dicit, *Legibus constitutæ aut comprobatae*, sed ait, *aut legibus constitutæ, aut certæ* (sic enim legēdum esse monet Cuiac.



iac. & testantur veteres Cod. nō etiam.
Certo) iure ciuili comprobata: vt vox legi-
bus duntaxat referatur ad verbum *Con-*
stituta, non etiam ad dictiōnem *Com-*
probatae: Deinde quoque ea Iustinia-
ni sententia inde erui facilē potest,
quod definiens prætorias obligatio-
nes simpliciter tradit eas esse, quas præ-
tor ex sua iurisdictiōne constituit, nec
addit *aut comprobauit*, cum tamen si iu-
re ciuili comprobatae obligationes Iu-
stiniano in definitione ciuilium obli-
gationū essent: obligationes à iuregen-
tium quidem inuentæ; iure autē ciuili
confirmatae etiam in definitione præ-
toriarum obligationum adiecisset ver-
ba *aut comprobauit*. Nam prætor ex sua
iurisdictiōne etiam obligationes iuris-
gentium per se ad agendum inutiles &
inefficaces confirmauit l. si tibi decem
17. §. de pig. D. de pact. l. maior annis 23.
C. de pignorib. & hypoth. §. in perso-
nam quoq; instit. de act. Omissis itaq;
iis verbis in prætoriarum obligationū
definitione putandum non est, iure ci-
uili comprobatas obligationes ibidem



26 . . . CAPUT PRIMVM.

Iustiniano dici, quæ origine & inven-
tione quidem sunt iuris gentium, con-
firmatione verò ciuili, iuris ciuilis: Sed
quas ius ciuile duntaxat acceptauit, &
quibus non minus, quam suis propriis
ytitur. Et hac ratione omnia iura etiam
naturalia & gentica siue gentilitia dici
possunt ciuilia: cum tamen propriè ci-
uilia tantum sint, quibus populus Ro-
manus solus ut propriis ytitur: Gentica
verò, quæ non solum populus Romanus,
sed & aliæ gentes omnes usurpat:
Naturalia verò, quæ natura omnia ani-
malia docuit, l.j. §. ius naturale & §. seq.
l.6.7.9.& II.D.de iustit. & iur. & Titu.
Insti.de iure naturali gent. & ciuili. Di-
co postremò, in cōtractus definitione.
*Obligationem ad agendum efficacem produ-
gens ad differentiam pactorum , quæ
constituenda obligationis gratia inc-
untur. Pactis quandoq; tractatur de di-
strahenda obligatione.l.2.C.quādo li-
ceat ab empt. disced. l.j. & 3. & tot. Tit.
de rescind. vend. §. vlt. Insti. quib. mod.
collitur oblig. l. si vnus. 27. §. pactus ne
peteret. versicu. idem dicemus & l.ab*

cm-



QVID SIT CONTR. 27

emptione 58. D.de pact. & vel ipso iure
his pactis tolluntur obligationes &
actiones, si sint pacta legitima. d.l. legi-
tima 6. D.de pact.vel nō ipso iure, sed
opposita exceptione, si pacta non sint
legitima, sed iurisgentium. l. si vnuſ. 27.
§. si cum decem & §§. seqq. D.d.t. Quā
doq; verò pactis agitur de obligatione
constituenda, & inducitur iis vel obli-
gatio ciuilis, si fuerint legitima d.l.le-
gitima 6. D.de pact.vel si iurisgentiū
sint pacta, constituitur illis obligatio
quidem naturalis. l. in his. 5. §. Impera-
tor, ibi : Ex pacto naturaliter debeba-
tur. D.de solut. (quod tamē negat Frā-
cis. Connarus lib. 5. commen. cap. j. nu-
5. & 6.) Sed ad agendum inefficax. Obli-
gatio naturalis duplex est: alia est effi-
cax, & producit actionem. l. naturales
obligationes. 10. D.de oblig. & act. l. fi-
deiussor obligari. 16. §. naturales obliga-
tiones. D. de fideiussor. l. si ita stipula-
tus. 126. §. Chrysogonus. D.de ver. obl.
& est obligatio, quam iurisgentiū con-
tractus parit. l. ex hoc iure. 5. D.de iust.
& iur. d.l.iurisgentium. 7. §. j. D.de pac.



Non obstat, quod actio dicitur esse iuri
ris ciuilis. Hoc enim de forma & modo
exercendæ actionis accipiendum est. l.
2. §. deinde ex his legibus. D. de orig. iuri
ris. non de potestate & facultate insti
tuendæ actionis, quæ vel ex iure ciuili
descendit, veluti si ex stipulatu agatur:
vel procedit ex iure gentium, si obligatio
nis vel actionis causa sit ius gentium.
l. rerum quidem. 25. ibi. Nam iuregen
tium condici puto posse. D. de act. rerū
amotar. Alia verò naturalis obligatio
est inefficax ad producēdum actionem,
ex ea que nascitur tātum exceptio, qua
lis est, quæ ex pacto iurisgentium proce
dit. d. l. iurisgentium. 7. in prin. & §. sed
cū nulla. D. d. t. de pact. Sed obstat vi
deturd. l. iurisgentiū. 7. §. ait prætor. D.
d. tit. vbi Prætor, pacta, ait cōuenta, &c.
scrubabo. Hoc edictum Prætoris alij ali
ter intelligunt. Barto. Angel. Ias. & reli
qui existimant, edicto illo Prætoris ex
nudo Pacto actionem constitui & dari,
per l. statuas. 41. D. de acquir. rer. domi.
Ex qua colligunt, Prætorem nō solum
exceptione, sed & actione aliquem tue
ri &



ri & seruari. Sed hoc licet ita sit, inde tamen necessario non sequitur, quod Prætor omnem actionem vel exceptionem, quibus quem tuctur & seruat, ipse inuenierit vel introduxerit. Nam Prætoris officium est nō solūm suppleare & corrigere, sed etiam adiuuare & exequi ius ciuile. l. ius autem ciuile. 7. §. 1. D. de iustit. & iur. Sic licet aliquando ex sua iurisdictione introducat actionem & exceptionem, qualis est actio iudicati, & exceptio rei iudicatae. l. 4. §. ait Prætor. & l. sequen. D. de re iudicat. Ioannes Oldendorp. class. 1. actio. 12. l. inter coheredes. 44. §. 1. D. famil. erciscū. & toto titul. de except. rei iudicat. Aliquando tamen actionē & exceptionem iure ciuili introductam saltem administrat & litigaturis porrigit, easque exequitur. Idq; ex eo intelligitur, quod commodati actio est ciuilis. l. in commodato. §. sicut autem. D. commodat. Ioannes Oldendorp. class. 4. act. 15. Prætor tamen nihilominus edictum de cōmodato proposuit his verbis, *Quod quis commodasse dicetur, de eo iudicinm dabo.* l. 8.



CAP.V.T PRIMVM.

in principio. D.d.titu. Quo sanè edicto
non primum introducit commodati
actionem, sed eam iure ciuili inuētam
& introductam pollicetur se exequitu
rum adiurandi iuris ciuilis gratia. Id ge
nus edictorum multa sunt exempla in
libris nostri iuris, secundum d.l. ius au
tem ciuile. §.i. D.de iustit. & iure. Cùm
igitur constet, certique iuris sit, quod
ex pacto non nascatur actio. l. si tibi. 27.
C.de loca. & cond. d.l. iuris gentium. 7.
§. sed cum nulla. & §. sequ.l. diuisionis.
45. D.de paet. cum similibus: & hæc sit
regula iuris d.l. 7. §. quinimo. ibi. Pro
pter eandem regulam, ne ex pacto actio na
scatur. D.de pactis, sanè edictum illud
prætoris, *Pacta, conuenta seruabo*, ita exau
dire debemus, nō quasi prætor eo intro
ducat & cōstituat ex nudo pacto actionem:
sed promittat, se pacta seruaturū,
provt quæque pro sua natura conser
uandasunt. Iam autem constat, quod
pactorum quædam pariant actionem,
ut sunt pacta legitima l. legitima 6. D.
de paet. quædam autem actionem for
ment, qualia sunt pacta contractibus
bonæ



Q V I D S I T C O N T R A C T .
bonæ fidei incontinentia dicitur ad l. iuris gentium 7. §. quinimò D. d. t. l. legē
10. C. d. t. Quædam verò dūntaxat exceptionem & liberationem pariant, si
non sint legitima, nec contractib. bonæ fidei in continentia adiecta, &c. d. le.
iuris gentium 7. §. sed cùm nulla D. de
pact. Hanc itaq; pactorum vim iuris ci-
uilis adiuuandi gratia, illo suo Edicto
prætor tuetur & seruat, modò actionem
dando, modò formādo actionem, mo-
dò concedendo exceptionem. Cuiac,
ad l. i. & d. l. iuris gentium 7. §. ait prætor.
D. de pact. existimat, illo prætoris edi-
cto exceptionem ex pacto constitui,
hoc est, nouiter introduci: Quam sen-
tentiam comprobare non auderem,
quippe cùm pacta exceptiones pariant
iure gentium d. l. iuris gentium 7. in pr.
& §. sed cùm nulla D. d. t. de pact. Ex
collatione istius prin. & d. §. sed cùm
nulla, intelligitur, quod pactum exce-
ptionem producens, sit conuentio iuri-
gentium: cum tamen, si prætor illo
suo Edicto confirmasset illud pactum,
constituēdo primitus ex ipso exceptio-

nem, pactum esset legitimum, non iuris gentium leg. legitima 6. D. de pact. quemadmodum legitimum pactū est pignoris siue hypothecæ pactum ex confirmatione prætoria l. maior annis 23. C. de pignor. & hypoth. l. si tibi decem 17. §. de pignore D. de pact. Cuiac. in d. l. legitima 6. D. de pact. Atque ita hactenus de contractus definitione, eiusque declaratione: quæ sanè definitio, ut arbitror, plena est, omni & soli definito competens, non tantum conueniens contractui vtrinque, sed etiam νομομεγέτεο obligatorio. Nec etiam alij conventioni veluti acceptilationi vel pacto, sed soli contractui consona.

6 Antequam autem de quasi contractibus differere incipiam, prius hic de tribus controuersis quæstionibus sententiam in eam exponam. Quæritur, an ut contractus vtrinque obligatorius, sic etiam contractus ab altera tantum parte obligationem producēs, Græcè συναλλαγμα dici possit? Omnes ferè Interprætes & veteres & neoterici uno ore affirmant, illum dunt taxat, non etiam



QVID SIT CONTRACTVS.

33

etiam hunc cōtractum appellari συνάλλαγμα per l. Labeo 19. D. de ver. & rer. signif. At malè. Contractus etenim innominatus, licet ab altera tantūm parte obligationem constituat, nihilominus tamen συνάλλαγμα dicitur in d.l. iurisgentium §. sin & in alium D. de pact. Quod autem in contractibus innominatis, vna tantum pars obligetur, non utraq;, ita ostendo. Contractibus innominatis non nudus consensus, sed præsens rei datio, vel factum præbet initium & substantiam: ut contractus sit, Si do ut des vel facias: aut Facio, ut des vel facias: Pactum verò, si in cōuentione dixerim, Dabo ut des, vel facias: aut faciam ut des vel facias. d.l. iurisgentium 7. §. sed et si in alium. D. de pact. vbi Cuiac. 1. j. §. item emptio, & §. vlt, D. de rer. permuat. l. naturalis. s. D. de præscrip. verb. Cuiac. lib. 2. obser. capit. 15. Quando autem tibi quid do, ut vicissim quid des, aut facias, non sanè ego tibi obligor, sed tu mihi ad dādum vel faciendum obligaris, tenerisque præscripsis verbis actione. Porro Cuiacius

c



CAPUT PRIMUM

quoque in l.i. D.de verbor. obligatione
ostendit omnes contractus Græco no-
mine συναλλάγματα dīci, cūm ibidem
συναλλάγματα diuidit in διπλευρα & μο-
νόπλευρα Denique apud Theophilū
in Instit.tit.de obligatio. & in libris Ba-
silicorum etiam mutuum & stipulatio
συναλλάγματο^ς appellatione continē-
tur. Aristoteles quoque lib.s. Ethic.ca.
2. nomen illud non tantum ad omnes
contractus, sed etiam ad delicta porri-
git. Non tuetur contrariam interpretū
sententiam d.l. Labeo.19. D.de verbo.
& rer.significa. Quemadmodum enim
cōtractus ibi strictè accipitur, & ad mu-
tuam tantum obligationem refertur,
quamvis nihilominus non impropriè
dicatur contractus, qui μονομερῶς obli-
gatorius est: vt supra exposui. Sic etiam
συναλλάγματο^ς nomen ibidem accipi-
tur strictè, & porrigitur tantum ad con-
tractum vtrinq; obligatorium, cūm ta-
men reuera & cæteri contractus ab una
tantum parte obligationem constituē-
tes, etiam appellantur alibi συναλλάγμα-
το^ς vt dict.l.7. §. sed etsi in aliud. D.de
pact.



QVID SIT CONTR.
pact. & aliis modò adductis locis. Et tā-
tum de hac questione.

7 Porrò plerique interpretes com-
muni quoque calculo tradunt, pacta le-
gitima contractus esse: Quæ sententia
minimè ferenda est: eamque præter ra-
tionem, quam supra in explicatione de
finitionis contractus adduxi, ostendēs,
contractus sua natura & facultate pro-
prie, absque legis ciuilis confirmatio-
ne, obligationē efficacem producere:
pacta verò legitima, non sua natura &
vi propria, sed ex legis ciuilis confirma-
tione efficacem obligationem parere,
insuper & aliis quibusdam argumentis
repellam. Et primò quidē sic ago. Qua-
tuor sunt genera contractuum. Aut e-
nim re perficiuntur, aut verbis, aut lite-
ris, aut consensu. §. fin. Instit. tit. de ob-
ligat. Quod si autē pacta legitima, qua-
le est constitutum, Donatio, hypothe-
ca, & reliqua legitima pacta essent con-
tractus, sanè ex eo genere contractuum
essent, qui solo cōsensu perficiuntur. Nā
pacta legitima solo & nudo consensu
peraguntur, nec ad sui perfectionem &



Substantiam vel rei traditionē, vel verba, vel literas requirunt. De constituto textus est in l. i. in princip. & l. qui autē. 14. §. fin. D. de constitut. pecun. & §. de constituta. Instit. titu. de action. De donatione est textus in §. aliae autem donationes. Instit. de dona. & l. si quis argentum. 35. §. sed si quidem in omnibus. C. d. titu. De hypotheca textus est in l. i. in prin. D. de pignora. actio. l. si tibi deceat. 17. §. de pignore. D. de pact. l. maior 25. C. de pignor. §. item Seruiana. ver. at cā quae sine traditione. Instit. de actio. Sed pacta legitima non sunt ex eo genere contractuum, qui solo constituuntur consensu. Primo enim contractus illi omnes, qui solo fiunt consensu, mutuam pariunt obligationem: Item omnes sunt bonae fidei. §. fin. Inst. de obligat. ex consensu. l. 2. §. fin. D. de obligat. & act. Pacta vero legitima non pariunt mutuam obligationem, sed ab altera duntraxat parte obligationem producunt, quippe cum is solus obligetur, qui constituit se soluturum, qui donauit, item qui rem nudo consensu hypothecat.



thece alicui opposuit. Pacta item legitima sunt stricti iuris, non bona fidei. Eorum enim actiones non numerantur inter bona fidei actiones in §. actionum autem Instit. Tit. de act. & ex tam actiones, quæ ibi proponuntur bona fidei sunt, reliquæ omnes stricti iuris, ut DD. communiter tradunt. Deinde pacta legitima nō numerantur inter contractus, qui solo perficiuntur consensu, sub Tit. Instit. de obligat. ex consensu, aut in l. 2 D. de obligat. & act. vbi recensentur contractus, qui solo perficiuntur consensu. Nec est putandum, quosdam eorum contractuum non etiam omnes ibidein enumerari. Quoties enim in libris nostri iuris quædam recententur certi alicuius generis species, non etiam omnes, toties adiiciuntur hæc verba: *Et alij innumerabiles.* §. ius autem gentium. versi. Et ex hoc iuregentium Instit. de iure naturali gent. & ciuil, aut verba hæc: *Et ceteris similes.* §. præterea quasdam, versi. In his enim Instit. Tit. de actionib. l. iurisgentium, 7. §. j. D. de pact. vel hæc verba, *Et alias*



C A P V T P R I M V M
complures. §. in personam quoq; Instit.
de actio, & id genus alia, quibus species
omissæ significantur. Pacta itaq; legi-
tima non sunt contractus. Atq; hoc se-
cundum est argumentum, quo proba-
tum esse existimo, Pacta legitimia non
esse contractus; sed ea pacta mouere,
nec sortiri propriè contractus nomen.
Sequitur tertium, Nuda pacta nō sunt
contractus. Non enim producunt obli-
gationes & actiones. I. legem quam di-
xisti. 10. C. de pact. I. j. C. de pact. conuē.
I. vlt. C. de rei permut. I. diuisionis pla-
citum. 45. D. de pact. I. solent. 15. D. de
præscrip. verb. I. si tibi. 27. C. de locat. &
conduc. Paul. lib. 2. sent. Tit. 14, in prin.
Sed pacta legitima sunt nuda pacta. I.
frumenti. 12. C. de usur. I. etiam ex nu-
do pacto. 30. D. d. t. & tot. tit. C. de do-
tis promiss. & nuda pollicit. His locisa-
gitur de certis casibus, quibus ex pacto
actio datur, ideoq; de pacto legitimo,
secundum I. legitima 6. D. de pac. Hoc
tamen pactum nihilominus ibidem di-
citur nudum. Dicitur etiam nudum pa-
ctum, quod incōtinēti bona fidei con-
tra.

tractibus subiectum est, iuris gentium.
 §. sed cum nulla, & §. seq. D. de pact.
 Cum enim I.C. Vlp. ibi dicit, Quini-
 mò interdum format ipsam actionem
 subintelligendum est pactam nudum,
 secundum præcedentia verba. pacta er-
 go etiam legitima non sunt cōtractus.
 Ideò autem pacta non solum iurisgen-
 tium sed etiam legitima, ut supra quo-
 que dixi, appellantur nuda, quod sola
 sint, hoc est, sine nominibus legitimis,
 qualia habet cōtractus nominati, & si-
 ne causa, h.e. datione vel facto, Cuiac.li-
 bro 2. obser. cap. 15. Et hoc est perpe-
 tuā πίθετον pacti, non διασολή, quasi
 si sit aliud vestitum, vel non nudum.
 Idem Cuiac. ad l.i. D. de pact. Sic quoq;
 Vlpi. in l. 4. in prin. D. de in litem iurād.
 Pupillus (ait) si impubes est, nō sanè vt
 significet. esse etiā pupillū, qui non sit
 impubes, sed quia omnis pupillus im-
 pubes est. l. pupillus. 239. D. de verbor.
 signifi. Ideo abiecit, si impubes est. Nec
 moueri debemus. d. l. vlt. C. de rer. per-
 mut. d. l. I.C. de pact. cōuēt. Ibi, n. agitut
 de conuentionibus, quæ non pacti so-



lum nomine censentur, sed & contractus, vel quæ contractus potius sunt, quibus pactum inest, non autem agitur ibi de pactis, quæ fortè sola essent absq; contractibus. Cuiac.libr.ii.obser.cap. 17.& libr.14.cap.28.circa finem ; & ad African.Tract.8.in explicatione.l. Titius Sempronio.D.de præscrip. verb. Nonnulla quidem pacta habent nomina, ut constitutum, donatio, hypotheca. Sed hæc nomina vel iuri gentium sunt, vel iuris prætorij, nō iuris ciuilis. Contractuum autem, quos nominatos vocamus, iure ciuili sunt prodita, hoc est, vel inuenta, vel comprobata nomina.l.3.D.de præscrip.verb. Cuiac.ad l. 7.in princip. D.de pact. Non inuenta, sed comprobata sunt nomina enim contractuum eorum, qui sunt iuri gentium.l.5.D.de iustit.& iure.l. iuri gentium.7.D.de pact. §. ius autem gentium. Institut. de iure naturali gentium & ciuil. Non tamen omnia iuri gentium contractuū nomina iure ciuili cōprobata sunt. Idq; ex eo intelligitur, q; cōtractus do ut des, licet nomen habeat, & di-

ca-



QVI D SIT CONTR.

41

catur permutatio, nihilominus tamen
contractus est innominatus. l. i. §. item
emptio ac venditio. D. de rer. permuta.
& l. naturalis. §. & si quidem pecunia.
D. de præscript. verb. Item quod transac-
tio, licet habeat nomen, nihilominus
tamen aliquando est pactum, non con-
tractus. l. cùm proponas. 21. C. de pactis.
& ibi Alciat. l. 2. l. 3. D. de transact. l. si de
certa. 31. l. quamuis. 39. cum similibus.
C. d. tit. Alciat. in Rubri. C. de transact.
& d. l. 2. D. d. tit. l. vt responsum. 15. l. cù
proponas. 17. l. siue apud. 28. C. d. t. cùm
scilicet sit sine stipulatiōe, vel sine cau-
sa, hoc est, datione vel facto, quomodo
etiā trāfactio fieri solet, scilicet vel p. sti-
pulationē, vel per cōtractum innomi-
natum, Do vt facias, aut facio vt des. l.
cū mota. 6. l. si super. 9. l. siue apud. 28.
l. si profundo. 33. C. de trāfact. l. ob eam
causam. 9. D. de præscript. verb l. 6. ibi,
utulis actio quæ præscript. verbis. C. de
transact. l. si profundo. 33. ibi, vel si non
intercessit, præscriptis verbis. C. d. t. Al-
ciat. in rub. C. d. t. & in l. cum mota. 6. in
verbis, nos qui matri, & in l. transactio.

C 5



nulla.38.C.cod. Connan.lib.5.capit.6.
num.ii. Quartò pacta legitima non es-
se contractus, ita arguo. Si pacta legitima
essent contractus, tunc sanè per cō-
uenctiones siue pacta legitima contra-
ctus significarentur in l. legitima.6.D.
de pact. Sed ibi conuentiones, siue pa-
cta legitima contractus nō sunt. Quod
ita ostendo. in l.5.D.d.t.de pact. priuata
conuentio diuiditur in cōuenctionem
legitimam & conuentionem iurisgen-
tium: Et hæ duæ species statim duabus
legibus sequentibus definiuntur & de-
clarantur. Iurisgentium autem cōuen-
ctioni adscribuntur contractus iuregen-
tium constituti, in l. iurisgentium.7.D.
d.t.de pact. Iurisgentium itaq; contra-
ctus non significantur per pacta legitima,
in d.l. legitima.6.D.d.t. Nec etiam
contractus iurisci uilis, qualis est stipu-
latio, per legitimam conuentionem in-
telliguntur in d.l. legitima.6.D.de pag.
**Nam legitima conuentio ibidem dic-
tur, quæ origine quidem iurisgentium
est, sed postea lege aliqua ciuili confir-
mata est & facta legitima: qualis est Do-
natio**



QVID SIT CONTR.

44

natio nudo consensu facta. Hæc ante Justinianum Imperatorem erat tatum jurisgentium conuentio, sed Justiniani constitutione facta est conuentio legitima. I. si quis argentum. 35. §. sed si quidem in omnibus. C. de donat. §. aliae autem donationes, Instit. d. t. stipulatio autem nunquam fuit conuentio jurisgentium, ut potuisset postea iure ciuili confirmari: sed ipso iure ciuili tota eius vis & substantia primum fuit introducta, ut supra quoq; ostendi. Nec igitur iuris ciuilis contractus intelligendi sunt per legitimā conuentionem, in d. l. legitima. 6. D. de pact. Deinde etiā, contractus non significari per legitimā conuentionem, in d. l. legitima. 6. D. de pact. ita demonstro. In ea lege Paulus. I. C. primum docet, legitimam conuentionem esse, quæ lege aliqua confirmatur. Deinde ex tali definitiōe ita infert; Et ideo interdum ex pacto actio nascitur. Aduerbium illud temporis *interdum*, satis declarat Paulum I. C. in ealege non agere de contractibus. Nam ex contractibus nō interdum, sed semper



actiones nascuntur, si legitimè. h.e. ab
idoneis personis & de rebus licitis ce-
lebrentur. Ex pactis verò non semper
nascuntur actiones, sed tunc solum, cū
legibus ciuilibus confirmata sunt, quē
admodum suprà aliquoties dictum est.
Pacta itaq; legitima cōtractus nō sunt.
Postremò idem etiam tali argumento,
licet leuiori quodāmodo probo. Quæ
nominibus differunt; re ipsa quoque
differunt. l. si idem. 7. C. de Codicil. Ibi
Constantinus Imp. si idem, inquit, co-
dicilli, quod testamenta, possent, cur di-
uersum his instrumentis vocabulum
mandaretur, quæ vis ac potestas vna so-
ciasset? Sed pactum legitimū & con-
tractus nominibus differūt; siquidem
vnum dicatur pactum, alterum contra-
ctus, quæ duo in libris nostris iuris op-
ponuntur. l. non dubium est, ibi, **N**ullū
enīm **p**actū, **n**ullū **c**ontractū. C. de le-
gibus. l. in bonæ fidei contractibus. 13.
C. de pact. l. 7. §. quinimò. §. quod ferè.
l. si vñus. 27. §. pactus ne peteret. l. per
quos. 59. D. dict. titu. de pact. l. 2. D. de
transactionibus, cum similibus. Ergo

pa-



QVID SIT CONTR.

45

pacta legitima re ipsa quoq; differunt:
& aliud est pactum legitimū, aliud cō-
tractus. Imō pacti appellatione nusquā
in libris nostri iuris significatur contra-
ctus Cuiac. in l. j. D. de pact. & Ioannes
Borcholt. in commentariis ad dict. tit.
de pact. cap. 1. num. 7. s̄apē tamen pactū
transit in contractum. l. si vnuſ. 27. §. pa-
ctus ne peteret, vers. idem dicemus. D.
de pact. Qua re fit, vt eadem conuentio,
veluti arrhæ datio, modò contractus,
modò pactum appelletur. l. cōtractus.
17. C. de fide instrument. l. 2. C. quando-
lic, ab empt. discede. l. 3. C. de act. empt.
& vend. Cuiac. lib. 19. obſer. cap. 52. Sic
quoque conuentio diuisionis aut per-
mutationis aut dotis, quæ traditione
sumpsit effectum, vel stipulatione, & pa-
ctum & contractus est. l. diuisionis. 45.
D. de pact. l. 3. C. de rer. permut. l. 1. C. de
pact. conuent. Cuiac. lib. 11. obſer. capit.
17. Pollicitatio similiter, vt pactum nō-
nunquam transit, vel desinit in contra-
ctum aut pactum. In contractum, vt in
specie l. vlt. §. vlt. D. de oblig. & action.
Si vltro tibi per epistolam pollicear sa-



CAPVT PRIMVM

Iarium tot aureorum quotannis, si di-
stracta omni re tua ad me veneris, ope-
ras certas mihi præstaturus, pollicita-
tio est, non pactum. Est enim hic solius
offerentis promissum, quod pollicita-
tio dicitur non pactum. l.3.in princi.D.
de pollicita. Si tu autem post acceptam
epistolam, distracta omni re tua vene-
ris, pollicitatio transit in contractum,
quia ex parte tua res sumpsit effectum,
& tibi salarij nomine in me competit
actio præscriptis verbis, quasi ex articu-
lo, Facio ut des. In pactum vero transit
pollicitatio, si quid tibi vltro per episo-
lam pollicitus sim, tu gratum acceptu-
que habueris, vt I q negotia.34.D.man-
dati.l. dotale.15.D.de fund. dot. Et hoc
casu conuētio eadem & pollicitatio &
pactu appellari potest: pollicitatio in-
specto initio. pactum inspecto exitu, vt
in l.nuda.5.C. de contrahen. stipulat.
Vide Cuiac.lib.19.obser.cap.32. Et tan-
tum etiam de secunda illa controuersa
quæstione.

8 Multum etiam & illa ab interpre-
tibus agitur quæstio: An ut ciuili, sic
ctiā



etiam Canonico iure ex nudo pacto nulla detur actio, ut videre licet apud Iasot. int. 7. §. sed cum nulla. D. de pact. (Bal. Felin. & alios in cap. 1. de pact. Itemque Bald. in authen. ad hæc. num. 6. & seqq. C. de vñr. Quidam existimant iure canonico actionem dari ex nudo pacto, & hæc est communis & Canonistarum & Legistarum opinio, per d. c. 1. & 3. de pactis. eamq; insuper his rationibus confirmare conantur. Ius Canonicum cuius tam peccatum, & peccandi occasionem amouet, c. fin. de consuet. Pactum autem nudum non seruatum inducit peccatum, quippe cum graue sit fidem fallere. l. 1. D. de consti. pecun. Ergo pactum nudum iure Canonico habet firmitatem, præsertim cum c. 1. & 3. de pact. mandet seruari paeta. Deinde etiam ita agunt. Deus inter simplicem loqueland & aliam non distinguit. cap. iuramenta. 22. quæst. 5. Ius autem Canonicum sequitur Deum. Ergo ius Canonicum non distinguit inter simplicem loqueland & aliam, & per consequens ex omnico- uentione concedit actionem. Tertio



opinionem illam hac ratione tutatur.
Obligatio p se naturalis cōfirmata l.p-
ducit actionem.l.legitima.6.D.depact.
Sed obligatio ex nudo pacto, quę per se
naturalis est.l.5.§.Imper. D.de solutio.
cōfirmatur iure Canonico.c.i.& 3. de
pact. Ergo obligatio ex pacto iure Ca-
nonico parit actionem. Et hāc rationē
Felinus ad d.c.j.de pact.nu.5.§. proba-
tur ista.versi.tertia ratio, adeò stringe-
re ait, vt per ipsam Imola sequatur hāc
communem interpretum sententiam.
Verūm vt nec d.c.j. & 3. de pact. ita nec
vlla illarum tr̄ium rationum huic com-
muni Doctorum opinioni satis & suf-
ficienter opitulatur. Quantum enim
ad ea capitula attinet, neutrum eorum
de actione mentionem facit. Prius ita
cōceptum est. Aut inita pacta suam ob-
tineant firmitatem, aut conuentus, si
se non cohibuerit, Ecclesiasticam sen-
tiat disciplinam. Dixerūt vniuersi, pax
seruetur, pacta custodiantur. Posterius
in hac verba proponitur. Studiosè agē-
dum est, vt ea quæ promittuntur, ope-
re complecantur. Sed cùm apertè non
lo.



loquantur de actione, neque nos de ea
interpretari illa debemus, propter cor-
rectionem iuris ciuilis, quæ vitâda est,
non per tacitas subauditiones inducen-
da. gl. in ca. cupientes. §. quod si per vi-
ginti dies, in verbo, *petere*, de electione.
præsertim, cùm iuris ciuilis textus eo-
dem modo loquantur, cum tamen eo
jure ex nudo pacto iurisgentium actio
non detur, vt supra exposui. In l. si quis
in conscribendo. 29. C. de pact. Iustinia-
nus Impe. ipso, inquit, prætoris edicto,
pacta conuenta, quæ neque contra le-
ges, neque dolo malo inita sunt, omni-
modò obseruanda sunt. in l. debitori. 7.
C. de pact. Imperator pacti, inquit, con-
ventionisque fides seruâda. in l. si quis
in conscribendo. 51. C. de Episco. & cle-
ri. Iustinianus Imp. sancimus ait, non li-
cere ei aduersus sua pacta venire, & cō-
trahentes decipere. Vlpianus quoque
l. C. in l. j. in princip. D. de pactis. Quic-
quid, ait, tam congruum fidei humanae,
quam ea, quæ inter eos placuerunt ser-
uare. Prætor etiam in edicto suo de pa-
ctis. Pacta, inquit, conuenta seruabo. l.
d

jurisgentium. & §. ait Prætor. D. d. titul.
de pact. Ecce hi textus omnes non mi-
nus, quām d. c. j. & 3. de pactis, velle vi-
dentur ex nudo pacto actionem nasci,
cūm tamen iure ciuili nudum pactum
non pariat actionem, vt supra tradidi.
Neque etiam prædictæ rationes cōmu-
ni DD. sententiæ opem ferunt. Quan-
tum enim ad primam & secundam ra-
tionem attinet, ex eo quod ius Canonici-
cum euitat occasionem peccandi: nec
distinguit inter simplicem & aliam lo-
quelam, non cōtinuò sequitur, ius Ca-
nonicum ex pacto producere actiones:
siquidem hoc nusquam apertè trada-
tur. Alio namque modo pacti fidē non
seruantes, quām dando aduersus ipsos
actionem, castigare potest, coercitione
scilicet ecclesiastica, hoc est, excommu-
nicatione, vt Bal. interpretatur in d. c. j.
de pact. in prin. & in Auth. ad hęc. nu. 6.
& sequen. C. de usur. quæ propria de iu-
re Canonico pœna est non seruātum
pacta. d. c. j. vbi quidam Doctores hoc
tradunt contra communē, extra de pa-
ctis. vt. & aliorum extra ordinem pu-
niendo.

QVID SIT CONTR.

niendorum, deficiente ordinario reme-
dio. c. nouit. de iudic. quod cap. in hanc
sententiam diligenter notandum est,
Quantum etiam attinet ad tertiam ra-
tionem, ea minimè moueor. Nam dicit.
c. i. de pact. confirmat quidem nudum
pactum, sed nō ad actionem ex eo pro-
ducendam, verū ad ecclesiasticam di-
sciplinam & coercionem non seruan-
tibus fidem pacti infligendam. At l. le-
gitima. 6. D. de pact. loquitur de nudis
pactis ad actionem vel constituendam
vel tollēdam confirmatis. Nam in hæc
verba concepta est. Legitima conuen-
tio est, quæ lege aliqua confirmatur. Et
ideo interdum ex pacto actio nascitur,
vel tollitur, quoties lege vel Senatuscō
sulto adiuuatur. Ex his igitur quæ hæc
nus pro repellenda communi Doctorū
opinione attuli, simul etiam intelligi-
tur, diuinatoriam esse illorum quoq;
sententiam qui volunt iure quidē Ca-
nonico ex nudo pacto nasci actionem,
sed in foro duntaxat ecclesiastico, non
etiam in Curia ciuili. Item illorum, qui
arbitrātur dict. cap. j. & 3. de pact. loqui

d 2



non de simplici pacto, sed de pacto solenni, quod ignorates pacti nomen ad contractus non pertinere, appellant cōtractum. Et denique erroneam esse illo rum opinionem, qui d.c.j. & 3. de pactis accipiunt de cuiusque iudicis extraordinario officio, quod propriè actio non est: cūm tamen textus illi canonici dū taxat de ecclesiastici iudicis extraordinario officio loquantur, qui solus in defactum actionis, atque ita ordinarij remedij, pœna ecclesiasticæ distinctionis omnes quouis modo peccantes coercet. d.c.nouit, vbi Doctores, de iudic. Præterea superioribus rationibus, quibus communem Doctorum opinionē reieci, & has insuper addo. Prima, si ius canonicum ex nudo pacto actionē concederet, compelli etiam eius actionis potestate ad implendam pacti fidē promissor posset: cūm tamen d.c.j. de pact. disponet, quod promissor à paciente prium priuatim conueniri & moueri ad satisfactionem debeat: qui si se nō cohibuerit, hoc est, fidem pacti non impluerit, ecclesiasticam disciplinā, hoc est, vt

est, ut antea Baldo interprete, dixi, ex cōmunicationem subeat. Nec potest in d. c.j. verbum *Conuentus* accipi de conuentione, quæ sit iudicialiter per viam & modum actionis: si quidem ibidem pœna non seruantis pacti fidem constituantur ecclesiastica disciplina, hoc est, excommunicatio, cum tamē actione intentata & re iudicata contra contumacem parata sit vel actio iudicati. l. miles. 6. §. fin. D. de re iudicat. l. actori. 8. C. de rebus credi. Aut exceptio rei iudicatae. Tot. tit. de excep. rei iudica. Vel execu-
tio sententiæ extraordinaria, qua iudex ex suo officio compellit cōdemnatum ad satisfaciendum victori, & quidem incontinenti in iudicio reali, si statim res restitui potest. l. qui restituere. 68. D. de rei vindication. §. j. Instit. de offic. iudic. D. Reinh. diff. iud. 9. In personali-
bus verò post quatuor menses ex nouissima Iustiniani constitutione. l. fina. C. de usur. rei iudica. Et hæc non solum ciuili, sed & canonico iure procedunt. cap. de cætero. & cap. cum aliquibus. ex-
tra de senten. & re iudi. cum similibus.



Secunda ratio. Ex nudo pacto iuris gentium ne quidem naturali, hoc est, gentium iure actio, hoc est, efficax persecutio nascitur: licet ex contractu iuris gentium procedat iure gentium. l. iuris gentium. 7. D. de pactis. & supra pluribus declarauit. Non igitur facile presumendum est, voluisse canonicas leges nudo ex pacto contra naturale, hoc est, gentium ius actionem producere. Postremo ius canonicum quoties derogat iuri ciuili, plerique vel expresse vel alias satis aperte simul hoc iudicat. vt in cap. quamuis. de pact. in 6. & cap. dilecti. de iudic. & similibus. Quocirca, cum neque cap. j. neque cap. 3. de pactis. vel expresse vel satis aperte ex nudo pacto actionio detur, putandum non est, per illa, hac in parte legibus ciuilibus derogari. Ius itaque canonicum ex nudo pacto non profert actionem, sed contra non seruantem pacti fidem decernit distinctionem ecclesiasticam, hoc est, vt saepius dixi, excommunicationem d. cap. j. de pac. & d. cap. nouit. de iudic. An autem per huiusmodi ecclesiasticam de-

nun-



Q V I D S I T C O N T R A C T . 19
nunciationem etiam quis possit suum
consequi interesse, vide Bald. in d. Au-
then. ad hæc. nun. 5. C. de usur. Etsi ve-
rò in practica etiam ex nudo pacto ho-
die actio detur, ut præter alios etiam
Wesenb. in Paratil. siue commentar. in
D. tit. de pact. tradidit inde tamen quis
minimè inferre debet, pacta hodie nō
differre à contractibus. Nam si mori-
bus & consuetudine Germaniæ, vel e-
tiam totius imperij ex pacto in consi-
storiis siue iudiciis conceditur actio, pa-
ctum omne hodie erit legitimū, vt iure
nō scripto cōfirmatū iuxta l. legitima.
6. D. de pact. Pactum autem etiam legi-
timum distinctum & separatum est à
contractu, quippe cùm hic per se & sua
natura absque legis ciuilis confirma-
tione pariat actionem: illud verò non
per se & propria facultate, sed ex confir-
matione legis actionem producat, ut
supra docui. Et hactenus de contractu.
Sequitur nunc de quasi contractu.

9 Quasi cōtractus est quasi cōuenio
quædā pprio quodā iure obligationem
efficacē producēs Dico Quasi conuenio

d 4



Nec possum commodius inuenire genus. Si. n. cōtractus est cōuētio, necesse quoq; est, vt quasi contractus sit quasi cōuentio, hoc est, talis res, q̄ instar contractus habeat. Conuentio est ex diuer sis animi motibus in vnum consensu. I.j. §. cōventionis. D. de pactis. Talis autem consensus propriè est contractus: at instar saltem & similitudinem talis consensus habet quasi cōtractus: quippe cùm inde efficax obligatio nascatur, nec tamen delictum sit, nec quasi delictum. Tot. tit. Instit. de oblig. quæ quasi ex contract. nasc. l. si quis absentis. s. D. de oblig. & act. Dico proprio quodam iure. ex prin. l. j. D. de obligat. & action. Species autem quasi contractus à lustiniano hæ numerātur, Negociorum gestio, tutelæ administratio, rerum communio, indebiti solutio. Indebiti tamē solutio quandoque propriè contractus est, nō quasi contractus: puta, cùm quis sic soluit, vt si appareat esse indebitum, reddatur. l. 2. in prin. & ibi laton. D. de cōdict. indebi. & facit l. si in area. 33. ibi. Nam is qui nō debitam pecuniam soluit, hoc ipso

QVID SIT CONTR.

17

ipso negotiū aliquid gerit. D. de condic.
indebit. vbi negocium gerere est con-
trahere. §. heres quoque. Instit. de obli.
exq. contr. Nec etiam immerito hoc cā
su indebiti solutio est propriè contra-
ctus, si quidem expressè hoc agatur in-
ter soluentem & accipientem indebi-
tum, vt scilicet si appareat aliquādo in-
debitum, reddatur. Et tantū de pri-
mo capite.



CAPVT SECUNDVM.

QVID SIT CONTRA-
ctus bona fidei, & quid stricti
iuris contractus.

SUMMARIUM

- 1 Contractui non minus, quam actiones,
vel bona fidei sunt, vel stricti iuris cō-
tra nonnullos interpretes.
- 2 Quid sint cōtractus bona fidei, quid item
stricti iuris, non facile definitur.
- 3 Vera contractus bona fidei, & stricti iuris
definitiones, exemplis aliquot illustra-

d s



CAPUT II. QVID SIT

8. Et qui sunt illi bona fides & stricti
iuris contractus.

9. Etiam iure canonico contractus alijs sunt
bona fidei, alijs stricti iuris, quo ad a-
ctiones, contra quosdam interpretes.

10. Explicatur controversa & difficilis qua-
stio, utrum contractus bona fides, cui
causam dedit dolus, ipso iure sit nullus;
an vero ab initio subsistat.

11. Acquitate Canonica & moribus, non
quo ad Titulum actionis, sed quantum
ad rementem & substantiam intentio-
nis, omnes contractus sunt bona fidei,
& viciantur ipso iure, si illis causam
dederit dolus.

I Ontractus quidam bo-
næ fidei sunt; quidam ve-
ro stricti iuris. l. 3. C. qui-
bus ex causis maiores. l.
in bonæ fidei. 13. C. de
pact. l. mora. 32. §. in bonæ fidei. D. de
vsur. l. cum qui. 22 D. de donatio. l. vn.
§. sed etsi nō ignoramus. C. de rei vxor.
act. c. cum venerabilis. §. ad hęc Episco-
pus, ibi, Cum permutatio inter contractus
bone

bonæ fidei computetur. Ext. de exceptio.
 Qui loci omnes eorum arguunt & tol-
 lunt errorem, qui affirmant, cōtractus
 non dici æquè bonæ fidei vel stricti iu-
 ris; atq; ipsæ actiones bonæ fidei vel stri-
 cti iuris appellantur. §. actionum autē
 Instit. de actione.

2 Sed quid bonæ fidei, quid item
 stricti iuris contractus sit, non facile de-
 finiri posse videtur: quippe cum omnes
 contractus bonam requirant fidem. I.
 si mādatu. 59. §. j. l. 4. C. de oblig. & act.
 gl. in d. §. actionum autem. in verb. bo-
 næ fidei. Instit. de act. & totū ius sit ars
 æqui & boni. I. j. D. de iustit. & iur. aut
 quod de toto dicitur, etiam meritò sit
 dicendum de qualibet eius parte. I. que
 de tota re. D. de rei vindicat. I. iurisgen-
 tium. 7. §. adeò autem. versi. si igitur in
 totū. D. de paet. Deinde quidam con-
 tractus vberiorem exigūt bonā fidem,
 atq; alij nonnulli contractus. I. si dolo.
 s. ibi, *Qua in huiusmodi maximè cōtracti-
 bus exigitur.* C. de rescind. vend. Cuiac.
 lib. 8. obseruat. cap. 10. & exuberantiam
 bonæ fidei, vt loquitur Bald. in l. j. vlt.



60 CAPVT II QVID SIT
col.C, de vſur. & fruct. legat. Item laſon
in l. cum fundus. nu. j. D. si cert. pet. vt
non immeſitò bona fidei & stricti iuris
contractus definiendi videantur ex bo
na fide, quam in ipſa conuentione, hoc
est, contractus negocio dum illud per
agitur, requirunt: Et bona fidei cōtra
ctus sit, qui, dum perficitur, largam &
vberimam requirit partiū cōtrahētiū
fidē: stricti verò iuris, q̄ stricta & angu
ſtiori bona fide cōtrahētiū cōſtituitur.

3 Sed cùm Martianus Iuriscon. in
d.l.mora.32. §. in bona fidei. D. de vſur.
dicat, in bona fidei contractibus ex mo
ra vſuras deberi: Tempore autem con
tractus nondum conſtet de mora. & in
stricti iuris iudicijs ſive actionibus ex
ſola mora non debeantur vſuræ, ſed ex
ſtipulatione atq; ita alia obligatione. l.
Titius Sēpronio. 24. ibi, Pecuniæ qui
dem creditæ vſuras niſi in ſtipulationē
deductas non deberi. D. de præscript.
verb. & l. vſura. D. de verb. signifi. l. 3. C.
de vſur. ſine omni dubio contractuum
alij bona fidei dicuntur, alij stricti iu
ris, reſpectu actionū bona fidei & stri
cti

Et iuris, quæ ex ipsis contractibus na-
 scuntur: non etiam intuitu bonæ fidei,
 quam aliâs omnes contractus, licet ut
 dixi, diuersimodè, dum perficiuntur,
 requirunt. Hanc quoq; sententiam te-
 net gl. elegans, in c. cùm venerabilis. 6.
 §. ad hæc Episcopus. in verbo, *Bonæ fidei*
 Ext. de except. quam etiam confirmat.
 §. fin. Instit. de obligat. ex consensu, &
 l. 2. §. fin. D. de obliga. & act. Ibi Iusti-
 nianus Imp. & I. C. Caius. In his, in-
 quiunt, contractibus alter alteri obli-
 gatur in id, quod alterum alteri ex bo-
 no & æquo præstari oportet. Hic ostendit
 iuri sauctores, cur bouæ fidei con-
 tractus ita dicatur, quod scilicet in co-
 rum actionibus, siue iudiciis sit præstâ-
 dum, quod æquum & bonum præstari
 iubet. Est itaq; bonæ fidei contractus,
 in cuius actione siue iudicio fit condé-
 natio ex bono & æquo, etiam vltra id,
 de quo in ipsa conuentione nomina-
 tim fuit actum. l. quia tantumdem. 7.
 D. de neg. gest. §. conductor autem. In-
 stit. de locat. & conduc. cum similibus.
 Exempli gratia, Emptio & venditio cō

62 CAPUT II. QVID SIT
tractus bonæ fidei est. §. actionum quæ
dam, Instit, Tit. de act. Et idcirco em-
porobligatur, non solum ad dandum
pretium, sed etiam ad pretij usurias præ-
stadas ex mora. d.l.mora.32. §. in bonæ
fidei. l.cum quidā.17. §. si pupillo. versi.
usura enim. euictis.18. §. j.l.usuræ.34. D.
de usur. l.2. C.de usur. l.præses.17. C.de
locato. l.fructus.13. C.de act.empt. Ven-
ditor quoque obligatur, non solum ad
tradendam mercem, sed etiam ad præ-
standos fructus, licet de iis in ipso con-
tractu nihil dictum sit. l.3. §. si emptor.
l.Iulianus.13. §. si in fructibus. D.de a-
ction.empt. Locatio & conductio, si
militer bonæ fidei contractus est. l.d.l.
præses.17. C.de locat.d. §. actionum au-
tem. Instit.de act. Potest itaque ex hoc
contractu agi, vt domus locata repare-
tur, ostia resarciantur, fenestræ fiant, &
vt funis ad hauriendam aquam præste-
tur, licet de his inter locatorem & con-
ductorem nihil nominatim conuen-
tit. l.ex conducto.15. §. j.l.si merces.25.
§. si vicino. D.locat. §. conductor autē.
Instit.de locat.& conduct. Stricti juris
con-



contractus est, in cuius actione fit condemnatio strictè de iis tantum, quæ in ipsa conuentione fuerunt nominatim expressa & nuncupata. d.l. quia tantūdem. 7. D. de nego. gest. & l. quicquid astringenda. 99. & ibi DD.l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus, in fin. ibi, plerumq; enim in stipulationibus verba, ex quibus obligatio oritur, inspicienda sunt. D. de verb. oblig. Exempli gratia, stipulatio est stricti iuris contractus. d.l. vñ. §. sed et si nō ignoramus. C. de rei vxor. act. §. de constituta. Instit. Tit. de actio. & facit d.l. 7. D. de neg. gest. Qui itaque fundum stipulaati promisit, sine mentione fructuum, ad solum fundum trandendum obligatus est, non etiā ad præstandos fructus. l. si filius fam. 78. §. j. D. de verb. oblig. d.l. 3. §. j. D. de acti. emp. l. videamus. 38. §. si actionē. D. de usur. vide Cuiac. in l. si rem tradi. 28. D. de verb. oblig. vbi scitu necessaria & digna hac de quæstione tradit. Cōsule etiam preter reliquos lasonem in l. cum fundus. D. si cert. petat. Mutuum quoque stricti iuris contractus est. Condictio

64 CAPVT II. QVID SIT
enim certi ex mutuo non numeratur
inter actiones bonæ fidei. in d. §. actio-
num autem. Instit. de act. Qui itaque
mutuam pecuniam accepit ab aliquo,
de usuris non tenetur, nisi & eas stipula-
tione promiserit. d. l. Titius. 24. D. de
præscrip. verb. l. 3. C. de usur. Et hoc est
quod Pōponius in d. l. vsura. D. de ver-
bo. signi. ait, usuram pecunię ex alia esse
causa, id est, ex noua obligatione. Inter-
dum tamen diem vel conditionem stri-
ctis cōtractibus inesse interpretamur,
licet verbis expressis non sint compre-
hensa. l. 4. §. fin. D. de pact. l. interdum.
73. D. de verb. obliga. & pleraq; alia. d. l.
quicquid. 99. §. j. & ll. seqq. D. d. t. Sed
id perraro, nec nisi ex manifestissima
voluntate contrahētium. Iacob. Cuiac.
in d. l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogo-
nus, in fin. D. d. t. Sunt autem illi con-
tractus bonæ fidei tantūm, quorum a-
ctiones dicuntur bonæ fidei, in d. §. a-
ctionum autem. Instit. de act. Reliqui
verò omnes sunt stricti iuris. Cùm e-
nim lex sola bonæ fidei contractus & a-
ctiones faciat. d. §. actionum, versic-
quan-



quanquam enim. & §. seq. Instit. de act.
l. vltim. §. vlt. C. de petit. heredita. non
erit nostrum alias fingere præter eas,
quas expressè ex legibus constat bonæ
fidei esse. Atq; ita ex his, quæ superius
dixi, abundè intelligitur, quid sit con-
tractus bonæ fidei, quid item stricti iu-
ris contractus:

4 Sed nunc quæstionis est, an simi-
liter canonico iure hoc inter cōtractus
receptum sit discriminē. Iason in l. cūm
fundus num. 3. D. si cert. petat. affirmat
iure canonico non fieri differentiam,
an actio sit bonæ fidei, an stricti iuris,
addens ibidē, hoc quoque dicere Bald.
in c. j. in vlt. col. prope fin. extra de plus
petit. Idem etiam aliquot interpretum
testimoniis & authoritatibus nouissi-
mè tradidit Petr. Nic. Mozz. in tractatu
de contractibus. articul. 4. num. 29. At
nusquam quod scirem in libris canoni-
ci iuris, ullus extat textus, quo hoc in-
ter contractus discriminē tollatur. Imò
hanc probare differentiam canonicas
leges, innuit. c. cūm venerabilis. 6. §. ad.
hęc Episcopus, ibi. Cūm permutatio inter

CAPV T II. QVID SIT

contractus bona fidei computetur. Extra de exception. vbi gl. quoque hanc contra-
etuum diuersam naturam recipit, non etiam reiicit. Itē Wesembec. ad §.actio.
num autem. num. i. Instit. de actio. Qui,
inquit, hanc differentiam iure canonico-
coputant sublatā, valde errant. Et quod
Iason supra dicit. loco arbitratur, Baldū
sentire, hoc discrimē iure canonico re-
pudiari, in eo profecto labitur. Eius e-
nim verba hæc sunt: Ego puto, quod de
æquitate canonica omnes contractus
mundi sint bona fidei, non dico, quan-
tum ad titulū actionis, sed quo ad men-
tem & substantiam intentionis. Et ideo
si dolus dat eis causam alias nō contra-
etuis, quod contractus sit nullus ipso
iure, &c. His sanè verbis non vult Bald.
quod æquitate canonica tollatur cōtra-
etuum discrimen, de quo differui. Sed
quod illa reiiciatur eo iure differentia,
qua volunt bona fidei contractum ipso
iure nullum esse, si dolus illi causam de-
derit. Stricti autem iuris contractum, si
illi fraus & dolus causam dederit, sub-
tilitate quidē iuris valere, sed eius vim
eneruari



eneruari doli exceptione. Et hanc esse
mentem Bald. agnouit etiam idē Iason
in dicto §. actionum. nu. 4. instit. de act.

Sed de hac quæstione quid sentiē
dum & iudicādum sit, hīc coronidis lo-
co explicabo. Omnes contractus, vt su-
pra dixi, bonam exigunt fidem ad sui
constitutionem. Hinc quæritur, an do-
lum in contrahendo admissum, cōtra-
ctus ipso iure sit nullus, an verò ab ini-
tio quidem subsistat, sed purgandus sit
actione ex ipso contractu, vel exceptio-
nedoli. Et hic distinguendum est inter
contractus bonæ fidei & stricti iuris cō-
tractus. Stricti iuris contractus non vi-
tiatur dolo ipso iure, siue is causā dede-
rit contractui, siue aliàs in ipso contra-
ctu iuciderit, sed contractus ab initio
quidem subsistit iuris subtilitate & in-
de actio nascitur. verum dolo circum-
uentus indemnitati suè consulere po-
test vel actione vel exceptione doli. l.j.
& l. & elegantem. 7. §. non solum D. de
dolo. l. 2. in princ. D. de doli except. §. j.
Instit. de excep. l. si id quod. 22. l. si quis
cum aliter. 36. D. de verbis obli. l. pen.



CAPUT II. QVID SIT
C. de inutil. stipula. quibus locis omnibus, ut & alibi, hoc etiam interpretes rā veteres quam neoterici communi calculo tradunt. At in bonæ fidei contra. distincio adhibenda est, vtrum dolus dederit causam contractui, hoc est, deceptus & dolo inductus quis sit, vt contraheret aliás non contracturus, an verò in contractu inciderit dolus, hoc est, non sit dolo quis inductus, vt contraheret, sed aliás circumscriptus sit, puta in pretio mercis. Vtriusque doli exempla finxit Petr. Jacob. Aurelia. in aurea sua pract. Rubr. 146. numer. 5. Est grossum, inquit, exemplum, quādo dolum dicitur dedisse causam contractui, scilicet, si martinus dixit Petro, Petre, Papa Clemens Quintus. qui est hodie, est intentionit, quod mutet & renouet vnlumen Decretaliū, & hoc scio secrētē. Et sic induxit Petrum, vt ei venderet p̄dictum librum Decretalium, quem aliás nullo modo vendere volebat, sed dicitur dolus incidisse in contractu, si cùm Petrushabebat p̄dictum librum venalem, & sic cum vendendum exposuerat,

suerat, Martinus dixit ei prædicta verba falsa, & ideo Petrus vendidit ei prædictum librum minori pretio. Hæc Aurelinensis. Dolus autem qui causam dedit bonæ fidei contractui, vitiat eum ipso iure. d. l. & eleganter. 7. in princ. ibi. Nullam esse venditionem, si hoc ipso ut venderet, circumscriptus est. D. de dolo malo. l. vlt. D. de const. pec. l. 4. C. de actio. vel heredit. vendit. l. in causa cognitione. 16. §. j. de minorib. l. 3. §. vlt. D. pro soc. l. si fraude. 6. C. de longi temp. præscri. Qui vero incidit in contractu, non ab initio bonæ fidei contractu reddit nullum, sed vindicatur is dolus actione ex eo contractu vel doli exceptione, hoc est, contractus vel rescinditur omnino vel reformatur per actionem ex eo contractu, vel per doli exceptionem. l. si quis affirmauit. 9. in prin. D. de dolo. l. Iulianus. 13. §. si vendor. & §. sequ. §. si quis colludente. D. de act. empt. Hanc distinctionem comprobat etiam glof. in d. §. actionum autem in verb. Bonæ fidei. Inst. de actio. & in §. non autem omnes. verb. aliquando. in verb. actio. Institu. de



CAPVT II. QVID SIT
perpet. & temporal. actio. Item Bartol.
Bald. Salic. Aret. & alij in d.l. & elegan-
ter. D. de dolo malo. & glo. in c. cum di-
lecti. 3. in verbo *Deceptione*. de emption.
& vendit. Bal. in dicto ca. j. num. 12. Ext.
de plus petit. Chassanæus in consuetu-
Rub. 4. nume. 32. Eber. in top. in loco à
contract. ad distract. num. 5. Pet. Jacob.
Aurel. in aurea pract. libel. Rub. 84. nu-
3. & Rub. 146. nume. 5. Cagnol. ad l. hoc
iure vtimur. 152. §. in contractibus. nu-
2. D. de regu. iur. Costalius in d.l. & ele-
ganter. 7. in princ. D. de dolo. Mynsing.
Cent. 6. obser. 38. nume. 6. Cuiac. in d.l.
& eleganter. D. de dolo mal. & in dicta
1. si quis cùm aliter. 36. D. de verbis. ob-
ligat. & ibi Hugo. Donel. num. 5. & vlt.
Sed Ioā. Robert. Aurel. lib. animaduer.
iuris ciuil. cap. j. & 2. & libr. 3. Notarum
ad Jacob. Cuiac. Mercatoris lib. 3. Nota-
rum capit. j. & 2. prædictam distinctio-
nem cuertere conatur affirmans, pro-
pter dolum contractui causam dātem,
non reddi contractum bona fidei ipso
iure nullum, sed ob id proposita ex eo-
dem contractu ab eo, qui dolum passus
est,



est actione vel exceptione annullandū
vel rescindendum, si is ita maluerit per
d.l.Iulianus.13. §.per contrarium.D.de
act.emp.l.si res æstimata. §.j. D. de iure
dot.l.ex empto.ii. §.si quis virginem.
D.de act.empt.l.si dolo.4 C. de hered.
vel actio.vend.& i.si quis affirmauerit.
9.in princi.D.de dolo.addens ibidem
quod nonnulli ex præcipuis iuris inter-
pretibus Gallis idem etiam antea sense
rint,veluti Petrus Bellaperticensis in l.
si dolo.C. de rescinden.vendit. & Iaco.
Rauennat.Itemq; Ioan.Fab qui etiā il-
lorum hanc sententiam referat & com-
probet in d. §.actionum.Insti.de actio.
Præterea Syl.quoque ad d.gl.in d. §.a-
ctionum,in verbo,*Bonæ fidei*.Institu.de
actio.annotationem communem quidem es-
se opinionem , quam antea ex legibus
& DD.attuli,verum Ultramontanos
contrarium tenuisse.Denique Wesemb:
in Parat.D.Tit.de dolo malo.in princ.
& nume. §.similiter existimare putatur,
contractum, cui dolus dedit causam,
non esse ipso iure nullum.Vnde intelli-
gitur controuersam hanc esse quæstio-



2. CAPVT II. QVID SIT

nem, nec omnino à difficultate liberā.
Sed à communi opinione, vt iuris tex-
tibus præsertim d.l. & eleganter. 7. in
princi. D.de dolo malo, & d.l.vlti. D.de
consti. pecun. & d.l. 6. C.de longi temp.
præscrip. & l.j. C. de rescinden. vendit,
magis consona, & plurium grauissimo-
rum cùm veterum tum recentiorum
Doctorum authoritatibus comproba-
ta, non recedo, existimans satis apposi-
tè à D.Cuiacio responsum esse ad tex-
tus, qui cum illa communi opinione
pugnare videntur, non solum in d.l. &
eleganter. D.de dolo. Sed etiam in No-
ratis ad libros animaduersiorum D.
Ioannis Roberti lib.3. cap.1.2. & 3. Quā-
uis ipse Robertus in eius responsioni-
bus acquiescere noluit, sed eas omni-
nò repellere studeat. lib.3. animaduer-
sionū iur.ciuil.cap.1.2. & 3. & lib.3. nota-
rum ad Iacob. Cuiacij Mercatoris No-
tatorum libros tres cap.1.2. & 3.

6 Etsi autem iure ciuili scripto bo-
næ fidei contractus ipso iure sit nullus,
si dolus ipsi causam dederit, non etiam
contractus stricti iuris : t amen (vt vo-
lunt)

lunt) æquitate canonica omnes contra-
et us. etiam aliæ stricti iuris nulli sunt i-
pso iure, si illis causam det dolus. Bald.
in c. i. nume. 12. De plus petit. quem se-
quitur Ias. in d. §. actionum autem. nu-
4. Institu. de actionib. Item Wesemb. in
tractatu consiliorum. parte 2. nume. 57.
vbi addit hoc etiam moribus esse rece-
ptum. Et hæc quoque dicta sufficiant
de hoc secundo capite. Sequitur tertium.



CAPVT TERTIVM.

QVI SINT CONTRACTVVM
& quasi contractuum modi siue
adiuncta, de quibus hac le-
ge agitur.

S V M M A R I V M.

- 1 Adiuncta siue qualitates contractuum variè appellantur à iuris auctoribus.
- 2 Dolus est etiam bonus, & malitia bona.
- 3 Doli mali definitio, probatio, varia appella-
tio, eiusq; diuisionis à DD. tradita
improbatio.



74 CAPVT III. DE MODIS

- 4 Quid culpa sit, & quotuplex ex legum fundamentis ostenditur, reiectus interpratum erraneis opinionibus.
- 5 Quid lata culpa, & varia eius appellations.
- 6 Quid leuis culpa: & quod ea per culpa nomen simpliciter in legibus postum plurunque significetur.
- 7 Quid culpa leuissima: Et quod ea significetur per diligentiam itemq[ue] custodiā in libris nostri iuris scilicet per oppositionem.
- 8 Quid casus fortuitus, & eius varia appellations, item que ipsius species.

I  Ontractuum & quasi contractuum modi siue adiuncta, de quibus h[oc] agitur, sunt dolus malus culpa & casus fortuitus. H[ec]c contractuum adiuncta siue qualitates in legibus nostris cause, item que modi contractuum siue obligacionum dicuntur, vt in l. nec ex prætoris j. h. t. cum similibus Appellantur etiā formæ contractuum d.l.7. §. quinimò, ibi,

ibi, Interdum format. s. tit. de pact. Item leges contractuum h. l. n. & d. l. 7. §. qui nimò D. de pact. Dicam itaque de his contractuum modis & primum de do-
lo malo.

2 Dolus est duplex, bonus & ma-
lus. Quoniam veteres etiam dolum bo-
num dicebant & pro solertia hoc no-
men accipiebant: maximè si aduersus
hostem latronem ué quis machinetur
l. i. §. non fuit autem D. de dolo malo.
Huius doli exempla vide apud Ioan.
Borcholt. Tit. de pact. cap. 6. nu. 5. Qua-
ræ dolum malū dicimus, item ut Plau-
tus loquitur in Aulularia, malitiam mā-
lam, non quasi perpetuo epitheto, ut
cum pactū nudum dicimus (de quo
supra cap. 1.) sed per διασολήν, nimirum
quod est & dolus bon' & malitia bona.

3 Dolum autem malum Gallus A-
quila (qui de dolo malo formulas pro-
tulit auctore M. Tullio in 3. offic. & 3. de
Natur. Deorum) definiuit, cum esset a-
liud actum, aliud simulatum, quandiu
ex Cicerone dicto loco intelligitur. Ser-
uus postea Sulpitius animaduertens,



huic definitioni vitium quoddam sub-
esse, quod nec ab Aquilio nec à Cicero.
ne depræhensum, facile rem defini-
tam subuertere poterat, ei quædam
verba adiiciens, ita definit. Dolus ina-
lus est machinatio quædam alterius de-
cipiendi causa adhibita. L. §. dolum. D.
de dolo malo. Hæc definitio vera & ab-
soluta est. Et ipsi ex Aquilio seru ius ma-
lè addidit. *Cùm aliud agitur, aliud simula-
tur. Quare hæc verba ibidem à Labeo-*
næ reprehenduntur. Fallacia enim pro-
priè est, cùm aliud agitur, aliud simula-
tur. At non omnis fallacia dolus est. Est
& sine fallacia dolus alijs artibus innu-
meris. Non igitur ex simulatione hu-
ijsmodi aut dissimulatione sumitur
probatio doli mali, sed ex machinis ten-
diculis, suasionibus, affirmationibus,
laudationibus, indicijs, eisdemq; per-
spicuis. l. dolum 6. (vbi malè quidā pro
indicij: legunt *Iudicij*) C. de dolo l.
metum 9. C. de his quæ vi met. caus. l. si
volūtate 8. C. de rescind. vendit. Et hæc
est vera sententia. d. l. i. §. dolum malum.
D. de dol. mal. quam cùm non animad-

uerteret

tierterent quidam Interpretes, ignorā-
tes, quid ad reprehendendum mouis-
set Labēnem, illa verba *Machinationē*
quandam alterius decipiendi causa suppo-
sititia esse falsō censuerunt. Cuiac. ad
d.l.i. D. de dolo malo & Rēuar. ad hanc
leg. nōst. Quibus autem casibus dolus
committatur, ostendit Lucas de Pen-
nain l. quemadmodum. nume. 8. vsque
ad num. 230. C. de agricol. & censi. libr.
ii. vbi 229. casus enumerat, & docet Io-
sephus Mascardus de probatio. volu. j.
conclusio. 531. vbi casus 119. enumerat.
Porrò dolo malo bona fides opponitur
l. si dolo. s. C. de rescind. vendit. Et dici-
tur quandoque dolus malus, fraus. l.
quod Nertia. 32. D. depositi. l. impube-
ribus. 7. §. j. D. de suspect. tuto. l. fraudis.
79. D. hoc tit. §. j. Instit. de oblig. quæ ex
delict. nasc. l. aliud. 131. D. de verb. signi.
Vnde quandoque in libris nostri iuris
dolus & fraus coniunguntur, vt in l. si
fraude & dolo. 6. C. de long. temp. præ-
scrip. & in l. 2. C. de in lit. iur. Quamuis
ibidem ordinem horum verborum,
Sic verò neque dolus neque fraus hereditō-



CAPVT III. DE MODIS
vincitur, ferendum non esse. Petr. Faber
 hic existimet. Interdum tamen fraus si-
 gnificat damnum, quod vel mala fides
 aduersarij, vel ipse euentus rerum ad-
 fert. Cuiac. in l. iurisgentium. 7. §. sed si
 fraudandi. D. de pact. Connarus libr. 5.
 cep. 5. num. 1. Ita accipitur titu. Institut.
 Quib. ex cauf. manumit. non licet. Item
 tit. D. quæ in fraud. credit. & titul. C. de
 reuocand. his quæ in fraud. credi. alien.
 sunt. Appellatur etiam quoque dolus
 malus, machinatio animi fraudulenta.
 l. vlti. C. de litig. Item calliditas. l. consi-
 lij. 47. hoc tit. l. igitur. 12. de lib. cauf. Itē
 malitia. l. 4. §. Marcellus. D. de doli ex-
 cept. Deniq; DD. distinguunt inter do-
 lum verum siue manifestum & dolum
 præsumptum. Sed hęc distinc̄tio etiam
 authore Oldend. inutilis est. Primò e-
 nim omnis machinatio alterius deci-
 piendi causa, verus est dolus, & præter
 eum dolus est nullus. d. l. j. §. dolum. D.
 de dolo malo. Deinde omnis dolus suo
 modo manifestus, scilicet propter indi-
 cia perspicua & manifesta, quibus do-
 lus probari debet, dici potest, cùm & la-
 tacul.



culpa dicatur manifesta. l. 2. Carb. tutel. Denique cùm solus Deus sit scrutator animorum & conscientiarum, & proinde dolus quidem per se exteriori sensu apprehendi non possit, sed per legitima indicia perinde ac mala arborex fructibus cognoscatur & probetur. d. l. dolū. C. de dolo malo. d. l. dolus. C. de rescinden. vēd. l. vlti. C. de in lit. iuran. omnis dolus est præsumptus. Cùm igitur omnis dolus sit verus & manifestus dolus: omnis itē dolus sit præsumptus ex legum scilicet indiciis, non est alius dolus verus siue manifestus, alias præsumptus. Vide Ioan. Coras. lib. 4. Miscal. cap. j. num. 5. Illud autem hīc postred mō notandum est, quod dolus tantum in faciendo consistit, vt definitio dolis indicat, & testantur omnia delicta priuata & publica. Et denique hoc arguūt exempla doli proposita sub titulo. D. de dolo malo.

4 Sequitur de culpa, de qua breuibus, non ex sententia interpretum, sed ex veris & solidis iuris fundamentis agam. **C U L P A** (qua non tantum in fa-



80 CAPVT III. DE MODIS
ciendo consistit, licet hoc existimet Ac-
cursius & alij, sed etiam in non facien-
do. l. si seruum. 9. D. de verbor. obliga.
§. præterea. Instit. de leg. Aquil. in l. so-
cius socio. D. pro socio. §. præterea. In-
stit. quibus mod. re contrah. oblig. Cu-
iac. lib. 19. obseruat. 24. & in l. si seruū.
91. D. de verb. obligatio, nihil aliud est
quam negligentia. §. præterea & is. In-
stit. Quib. mod. re contrah. obliga. §. so-
cius socio. Instit. de societate. l. magna.
D. de verbo. signific. l. socius socio. 72.
D. pro socio. Ex his locis intelligitur in
libris nostri iuris culpam & negligen-
tiam idem esse, licet secus videatur Hot-
tomanno in §. itam is cui res. in verbo,
Exactam diligentiam. Instit. Quib. mo-
dis re contrah. oblig. vbi negligentiam
à culpa distinguit tanquam antecedens
à consequente, siue tanquam causam ab
effecta. Sed ut ex locis iam adductis ap-
paret. I. C. veteres & Imp. non agno-
scunt discrimen inter hæc duo. Idque
etiam ex eo intelligitur, quod, ut dolo
opponitur bona fides. l. si dolo. 5. C. dē
rescind. veud. Sic culpæ opponitur di-
ligentia



SIVE ADIVNCTIS CONTR. &c. 82
ligentia.d.l. socius socio.72. D. pro so-
cio.l. quod Netua.32. D. depositi.cum
similibus. Ex qua lege intelligitur etiā
latam culpam esse negligētiam, quod
sanè obseruandum est. Dicitur etiam
negligētia in l. im puberibus.791. D. de
suspect.tutor. & in l. magna.226. D. de
verb.signifi.Culpa itaque (vt eius defi-
nitionem constituam) est prætermis-
sio diligentiae debitæ. Vnde sequitur,
quot sunt gradus diligentiae, tot etiam
gradus esse negligentiae siue culpæ. Est
autem diligentia minima: est diligentia
media siue mediocris: est item diligen-
tia exactissima. l. regula. 9. §. sed facti.
D. de iur. & facti ignor.l. in rebus.18. in
princi.D. commodati. §. socius socio.
Instit.titu.de societate. Estigitur & ne-
gligentia summa.l. regula. 9. D. de iuris
& facti ignor. siue nimia negligentia.l.
cedere diem.in fin.D. de verbos. signi.
siue quod idem est lata culpa.l. latæ cul-
pæ. D. d.t. Est & negligentia siue culpa
leuis.l. homo liber.54. §. sed damnum.
D. de acquir.rer.domi.l. cùm res.47. §.
culpa.D. de leg.j. Est item negligentia

f



82 CAPVT III. DE MODIS
siue culpa leuissima. l. in lege. 44. D. ad
legem Aquil. Minima diligentia oppo-
nitur negligentiae nimirum, siue latæ cul-
pæ. Media diligentia opponitur leui
culpæ. Exactissima diligentia opponitur
culpæ leuissimæ. Et haec tres culpæ gra-
dus simul proponuntur in l. cū res. 47.
§. culpa. D. de leg. i. vbi culpa dolo pro-
xima, est lata culpa, & per diligentiam
ex opposito significatur culpa leuissi-
ma. Est igitur lata culpa prætermisso
minime diligentiae, id est, eius diligen-
tiae, quæ non requirit curiosum & in-
dustrium hominem, sed quam natura
ultrò cuius homini regulariter suppe-
ditat, quæ innata est cuius. Hanc mini-
mam diligentiam qui debet, nec eam
præstat, non adhibet in lata culpa con-
stituitur, vel lata culpa est, non intelli-
gere, quod omnes homines loci alicu-
ius intelligunt d. l. cedere diem. 203. §.
fin. d. l. latæ culpæ. 223. D. dc verb. signi-
d. l. regula. 9. §. sed facti. D. de iur. & fact.
ignor. Puta, si quis nesciat eū decocto-
rem esse, quem eo nomine populus in
amphytheatro & passim in foro tradu-
xit



SIVE ADIVNCTIS CONTR. &c. 29

xit. Plura exēpla huius culpæ peti pos-
sunt ex l. 7. D. ad legem Cornel. de sica,
& l. si procuratorem. 8. §. proinde. D.
mādati. & l. si fideiussor. 29. in prin. D.
mandati. Hæc culpa dicitur etiam ma-
gna negligentia. l. magna nagligentia.
D. de verbis. significa. l. j. §. is quoque
apud quem. D. de oblig. & actio. Dici-
ture etiam latior culpa. l. quod Nerua.
D. depositi. Nec latior culpa, licet ali-
ter sentiant Bartol. & eius asseclæ in d.
l. quod. Nerua. D. depositi. distingui-
tur à culpa lata. Sed hæc quidem sunt,
vt collatio textuum indicat. Dicitur e-
tiam quādoque graūior culpa. l. homo
liber. 54. 6. j. D. de acquiren. rer. domi.
Item lata negligentia. l. tutor qui reper-
toriū. 7. §. cōpetit. D. de admi. & peric.
tut. l. impuberibus. 7. §. l. D. de suspect.
tut. l. magistratus. 6. D. de admi. rer. ad
ciuit. perti. Itē manifesta negligentia. l.
2. C. arbi. tutel. Itē summa negligētia.
d. l. regula 9. §. sed facti. D. de iur. & fa-
cti ign. Vocatur etiā dissoluta negligē-
tia. l. si fideiussor. 29. in princip. D. man-
dati. & remissior negligentia. l. penult.



C. de peric. tutor. Et denique dissoluta
ignorantia. l. cum lex. 55. D. de ædilitio
edict. Hæc culpa dicitur etiā dolo pro-
xima. l. cum res. 47. §. culpa. D. de legat.
j. l. si fortuito. 9. D. de incendio ruin.
naufrag. l. mulier. 22. §. sed enim. D. ad
Trebell. l. quæsitum. 8. §. cum quoq.;
D. de precario. Dicitur etiam prope do-
lum esse. d. l. si fideiussor. 29. in princip.
D. mandati. Et prope fraudem accede-
re. d. l. impuberibus. §. si fraus non. D.
de suspect. tutor. & dolum repræsenta-
re. l. j. §. culpa. D. si quis testam. lib. esse
iuss. fuer. & dolo cōparari. i. 91. D. si men-
sor fals. mod. dixer. Imò quandoq; sim-
pliciter dolus dicitur. d. l. magna. D. de
verb. signif. d. l. quod Nerua. D. deposi-
ti. & l. is cui. 5. §. dolum. D. vt in posses.
legator. Propriè tamen loquendo lata
culpa dolus non est, fraus non est: sed
propè dolum, propè fraudem accedit,
vt iam dictum est. Et vbi cunq; lex pœ-
nam statuens, expressam doli mentio-
nen facit, ea de lata culpa non intelligi-
tur. l. in lege. D. ad legem. Cor. de sicar.
Bartol. in d. l. quod Nerua. D. depositi.

Quod



Quod tamen in asperioribus pœnis non etiam generaliter verum est, vt ostendit Duaren. in l. 5. in verb. nō etiam ob culpam. D. de in litem iurand. & Ioh. Coras. lib. 4. Miscel. cap. 2. Deniq; hæc culpa præsumptus dolus dici posse videtur per capit. 2. extra de deposito, in prin. Et docet Coras. lib. 4. Miscel. cap. j. Nec obstat, quod antea negaui, dolū rectè diuidi in manifestum dolū & dolū præsumptum. Nam hoc negaui de dolo, qui verè & propriè dolus est.

6 *Leuis culpa* est prætermissio mediocris diligentiae debitæ: vt cùm quis mediocrem diligentiam debet, id est, quam mediocris paterfamilias suis rebus adhibet, nec eam præstat, sed minimam dumtaxat. l. mulier. 32. §. sed enim, ibi, *Nos leui & rebus suis consueta negligentia*. D. ad Senatuscōsul. Trebel. vbi particula Et, infert explicationem leuis culpa, & exponit quid sit leuis culpa. l. quod s̄ep̄e. 35. §. si res vēdita. D. de contrah. empt. Hæc culpa propriè est culpa. Neq; enim dolo, neq; periculo, siue casui fortuito proxima est: & ideo



C A P V T III. DE MODIS
frequenter sine adiectione simpliciter
culpa dicitur, vt in l.in venditione.8.
§.pen.vbi glo.D.de reb. auctor.iudic.
poss.& in l.si seruus.108. §.cùm quid
tibi.D.de leg.1. Et vbi simpliciter de
culpa nostri loquuntur, de culpa leui
dicere intelliguntur in dubio.h.e. vbi
secundum subiectam materiam nō sit
aliud dicendum,vt tradit Barto.in l.in
venditione.§.si quis fructus. nu.6. D.
de reb.auctor. iudic. poss. & Bald.in l.
quæ fortuitis.versi.sed dubitatur.C.de
pignor.act. Alciat.in l.magna negligen
tia.226.D.de verbo.signi. Vdal. Zaf.in
intellect.iuris singular.cap.culpam nō
diuidi per species.Duaren.ad l.5.ad ver.
non etiam culpam.D.de in litem iurā.
& notant communiter interpp. in ex
plicatione huius legis nostræ.Item Cu
iaciüs lib.19. obseruat.cap.24.Hinc fit,
vt sine culpa fieri dicitur, quod fit sine
leui culpa, licet nō fiat sine culpa leuis
sima.l.3. §.at hoc edicto vbi gl.D.Naut.
caup.stab. Huic culpæ annumeratur,
& imperitia.l.imperitia.132.D.h.t.Item
nimia præceptoris fæuitia culpæ alsig
natur



natur.l.6.D.ad l.Aquil.

7 Porrò leuissima culpa est prætermisso summæ diligentia debitæ: ut cùm eam diligentiam, quam diligētissimus quisq; & optimus paterfam.suis rebus adhibere solet, quis debet, nec tamen eam præstat.l.in rebus.18.in prin. D.commodat.l.j.§. & ille quidē.versi. is verò qui vtendum.D.de oblig.&aet. Quocirca, qui exactissimā diligētiam, quæ vt dixi, leuissimæ culpæ opponi. tur,custodiendæ rei alienæ præstare cōpellitur,ei non sufficit eam diligētiam adhibere,quā propriis rebus adhibet, si alius diligentius custodire potuerit. d.l.i.§.is verò qui vtendum.D.de obligat.&aet.& §.item is cui.Instit.quib. mod.re contrah. obligat. Et ideo qui hanc exactissimam diligentiam debet, tenetur de leuissima culpa. Exactissima diligentia quandoque simpliciter diligētia appellatur. Cuiac.lib.19.obser. cap.24.vt in l.si vt certo. §.nunc viden- dum.versi.commodatum, ibi, *Culpam prestandam & diligentiam.D.commod.* per culpam intelligit ibi I.C.leuem cul-



pam:per diligentiam exactissimam di.
ligentiam,atque consequenter leuissi.
mam culpam. Nam commodatarius
præstat etiam exactissimā diligentiam.
d.l.in rebus in prin.D.d.t.Et nisi per di.
ligentiam ibi significaretur exactiss.dil.
ligentia,superuacula sanè ibi esset vox,
Diligentiam. Sic quoq;diligentiæ no.
men simpliciter positum significat ex.
actiss.diligentiam, in l qui iniuriæ §.
§.qui alienis, versic.cadē sunt in eo.
D.de furt. Item in hac legе nostra,ibi,
In his quidem & diligentia, vbi diligen.
tiæ nomen nisi significaret exactiss. di.
ligentiam,planè ea verba oculosa essent,
si quidem in præcedentibus culpæ men.
tio facta sit,per quam intelligitur leuis
culpa,per diligentiam autem , vt dixi,
exactissima diligentia , atq; ita leuissi.
ma culpa. Deniq; per diligentia intelli.
gitur exactissima diligētia,atq; ita leuissi.
ma culpa,in l.cùm res legat.47.§.pen.
D. delegat.i.Idq; notandum est. Porrò
vt diligentia nomen,sic & verbum cu.
stodia simpliciter in libris nostri iuris
situs significat exactissimam custo.
diam,



SIVE ADIVNCTIS CONTR. &c. 29
diam, cui contraria est leuissima culpa.
Cuiac.d.lib.19.obser.cap.24.vt in d.l.
si vt certo.s. §. sed an etiam.D. commo
dati.l.si cum venderet.13.in fine.D. de
pignor.actio.l.sicut.C. de pignoribus.
Bar.ind.l.quod Nerua.D.depositi.Cul
pam in quinque deducit species: in cul
pam latissimam latiorem, latam, leuē
& leuissimam. Vdalricus verò Zasius
in intellectu iuris singular.cap.2. reii-
ciens Accursium, duos facit culpæ gra-
dus, culpam scilicet latam & leuē. Ve-
rūm vtrumque improbat loan. Coras.
lib.4.Miscel.cap.j. Et recte quidem, vt
ex iis, quæ superius dicta sunt, & ibidē
ab eo traduntur, satis appetet. Sequi-
tur de casu fortuito.

8 Casus fortuitus est, quem nullum
cōsilium humanum præuidere potest.
l.2. §. si eo tempore.D. de administ. rer.
ad ciuit. pertin. Vnde dicitur improvi-
sus casus in l. à procuratore.13. C. man-
dati. Item fatalis casus in l.s. C. de appel-
lationibus. Vel casus fortuitus est, cui
humana infirmitas resistere nequit.l.j.
§. & ille quidē.4. D. de obligat. & actio.



• 90 CAPVT III. DE MODIS
I.in iudicio. 28. C.delocat. & conduct.
I.in rebus. D.commodat. Quandoque
simpliciter casus dicitur, vth. I.n.in fin.
cum similibus aliquando tamē sed ra-
rō, casus non significat fortuitū casum,
sed culpam, vt in l. qui ædes. 9. D.de in-
cen. ruina naufrag. Porrō casus fortui-
tus dicitur etiam damnum, quod imprudētibus accidit: item damnum fa-
tale in l. cum duobus. 52. §. dāna. D.pro
socio. Appellatur etiam vis maior in l.
si merces. §. vis maior. D.locati. Item
vis diuina, in l. fluminū. 24. §. sed vt ne.
D.de damno infect. Vocatur etiam for-
tuna in l.j. §. si magistratus. II. D.de ma-
gistra. conuenien. Item periculum in
§. cum autem emptio & venditio. In-
stit.titu.de emption.& venditio. & to-
to titu. D.& C.de pericu. & commod.
rei venditæ. Interdum tamen periculū
Significat quodlibet damnum. Sic pe-
riculo nostro res esse dicitur, in qua le-
uissimam culpam, non etiam fortui-
tos casus præstare nos oportet. I. quar-
ta. in principio. D. naut. caupo. stabul.
Item dicimus periculum custodiaz o-
bire



bire.l. vnica. §. quod si.D. Furti aduersi.
 naut.caup. stabular.l.j. & toto titul. D.
 & C.de administratio. & pericul. tuto.
 Item periculum custodiæ præstare.l.
 qui mercedem. D.locati. Item pericu-
 lo culpæ subiici.l.tutores qui.39. §. tu-
 tores.D.de administratio. tutor. Item
 periculo contumaciæ vel negligentiaæ
 adstringi.l.impuberi.40. D.dict. titul.
 Atque ita periculum Caius accepisse
 videtur,cùm ait: Res alienas quasdam
 periculo nostro esse,veluti commoda-
 tas & locatas,quasdam periculo nostro
 non esse ,velut depositas.l.illud certū
 est.13. §.j. D.de liber.caus. Enumeran-
 tur autem ab Vlpian.in fin. huius legis
 species quædam casus fortuiti,veluti
 mors animalium , fuga seruorum,qui
 custodirinon solent,rapina,tumultus.
 incēdium,aquarum magnitudo & im-
 petus prædonū. Vbi non Florētina,sed
 vulgaris lectio retinenda est, hæc scili-
 cet , *Mortesq; que sine culpa*, vt intelligi-
 tur ex Caio Iurisconsulto in l. in re-
 bus.18. D.commoda. Nam ex Floren-
 tina lectione sequitur , animaliū casus



92 CAPUT III. DE MODIS
& mortes non præstari, licet culpa ae-
cidant. Ab iis etenim, quæ sine culpa
accidunt, separat animalium casus &
mortes. Deinde ibidem obseruandum est,
quod ait Vlp. fugæ seruorum, qui custodi-
ri debet & serui vineti fuga annumerā-
tur culpe, non casui fortuito. s. §. sed an
etiam D. commod. Præterea eod. hoc
loco pro *Rapina* legendum videtur *Rui-
na*. Primum quia sequitur continuò no-
men tumultus & nomē Incendij, cum
quibus verbum ruina coniungi solet,
vt tit. D. Incend. ruin. naufrag. Deinde,
quia non videtur *Vlpianus* ruinam hīc
omissurus fuisse siquidem hic casus ma-
xime sit fortuitus. Denique, quia rapi-
na intelligi potest sub impetu prædo-
num. Per tumultum autem in hac di-
sputatione intelligere debemus bel-
lum subito & repente concitatum. Et
ita eum accipit Cicero in i. Anton. o-
rat. Aliâs tumultus est, vt alibi scribit
Cic. perturbatio tata, vt maior timor o-
riatur. Et haec enus quid sit dolus, quid
culpa, quid item casus fortuitus.

CA-



CAPVT QVARTVM.

QVI MODI SIVE CON-
ditiones in quemquam contractum,
& quasi contractum natu-
raliter cadant.

S V M M A R I V M

- 1 Modis siue conditiones contractuum, vel
sunt de eorum natura, vel extra ipso-
rum naturam.
- 2 Generalis quadam regula, docens, quos
modos siue conditiones quicq[ue] contra-
ctus sua natura recipiant.
- 3 Depositi accurata definitio, eiusq[ue] diligens
explicatio: item conditio ipsius natu-
ralis, & singularia circa illud recepta.
- 4 Quid precarium: an sit contractus, vel
quasi contractus: Quae eius conditio,
siue modus naturalis. Et quid precaria.
- 5 Mandati perfecta definitio, eiusq[ue] stu-
diosa explicatio, difficultates ques-
dam expediens, & in hac de mandato
materiarum notatu dignas continens.



Item mandati conditio naturalis, & quorumdam textuum contrariorum conciliatio.

6 Commodati definitio, eiusq; fidelis illustratio. Item commodati & precarij differentiae quaedam nouissimè à Domino Cuiacio obseruatae. Et deniq; naturalis modus commodati.

7 Emptionis & venditionis definitio, eiusq; explicatio totam istius contractus materialm plurimum illustrans. Item naturalis conditio huius contractus, ubi difficilis iuris nodus resoluitur.

8 Pignoris definitio & eius illustratio, nec non istius contractus modus naturalis.

9 Locationis & conductionis definitio, eiusq; accurata explicatio, ubi de Emphyteusi, an ea scripturam requirat, & utrum ciuilis, an iuris gentium sit contractus. Item an locationis & conductionis merces tantum in numerata consistat pecunia. Quis sit in eo contractu locator, quis conductor, noua sententia declaratur. Quæ huius contractus naturalis conditio, ubi con-

876-



S U M M A R I U M

33

triorum textuum explicatio.

- 10 Quid doris datio: Quia eius naturalis cōdicio: Virum mariti, an verò uxoris sit rei dotalis dominium noua explicatio.
- 11 Quid tutela administratio, queque eius naturalis conditio, ubi contrarij textus notabilis explicatio.
- 12 Negotiorum gestionis definitio, eiusque explicatio toti iſi materia multum lucis adferens: ubi contrariorum textuum conciliatio. Item naturalis modus sine conditio negotiorum gestorum.
- 13 Societatis definitio, & eius explicatio. Item societatis naturalis modus & difficultatis cuiusdam remoto.
- 14 Quid rerum communio, & quotuplex: Item erroris cuiusdam interpretum recens indicium, necnon difficultates cuiusdam explicatio, & naturale his ius quasi contractus adiunctum.





Odi contractuum, de
quibus superiori cap.
differui, vel sunt de na-
tura contractuum, vel
extra quorundam con-
tractuum naturam. 1. 7. §. quinimō, ibi.
Extra naturam contractus. D. de pæt.
Quidam enim contractum naturali-
ter recipiunt tantūm dolam malum, &
latam culpam: quidam præter dolum
& latam etiam culpam leuem: quidam
etiam culpam leuissimam. Nulli autem
casum fortuitum, vt hac lege dicitur, &
ex sequentibus apparebit.

2. Imprimis autem hīc obseruanda
est bonæ fidei contractum hæc distin-
ctio. Alij contractus solius dantis gra-
tia fiunt, qui ad dantis duntaxat vtilita-
tem spectant, vt Depositum: Alij dan-
tis & accipientis gratia celebrantur, vt
Emptio, Vēditio, Locatio, Cōductio,
Pignus, Dotis datio, &c. Alij verò acci-
pientis tantūm gratia fiunt, vt commo-
datum. Primi generis contractus reci-
piunt solum dolum & latam culpam.
Secundi generis capaces sunt doli latæ
& le-

& leuis culpæ. Postremi generis contra-
ctus recipiunt dolum latam leuem &
leuissimam culpam. Nulli autem horū
sui natura casum fortuitum admittunt,
hac leg. nos: in fin. & leg: si ut certo. s. §:
nunc videndum D. commodati. Hæc
tamen intelligenda sunt de ea parte cō-
trahentium, quæ alterius partis rem pe-
nes se habēt. Nam pars, quæ tradidit rē
suam alteri parti in primi generis con-
tractu, tenetur non solum de dolo & la-
ta culpa, sed etiam de leui: In secundo
autem & tertio contractus genere præ-
stat tantūm dolum & latam culpam l. si
seruus. 61. §. 1. & seqq. D. de furt. Cuiac.
Tract. ad Africa. 8. mihi fol. 435. & seqq.
Sed de singulis contractibus & quasi
contractibus hac lege propositis ordi-
ne agemus.

3 Primum se offert Depositum.
Depositum est cōtractus re initus custo-
dienda alicui tradita. Genus huius de-
finitionis est. *Contractus re initus*. Non
rectè generis loco sola vox contractus
ponitur. Nam proximum genus in de-
finitionibus usurpandum est. Sunt au-

98 CAPVT IV. QVI MODI IN
tem quatuor genera cōtractuum. Alij
re perficiūtur, alij verbis, alij literis, alij
solo consensu. §. fi. Instit. de oblig. l.j. §.
j. D. de oblig. & act. Depositum autem
ex eo est genere contractuum, qui re
perficiuntur. §. præterea & is, ibi, re obli-
gatur, (vbi pro *quia* legendum est *qua*,
vel *qui*, propter mutuum) Instit. Tit.
Quib. mod. re contrah. oblig. & l.j. §. is
quoq; s. ibi, re *nobis* tenetur. D. de obli.
& act. Quare depositi proximū genus
est, *contractus re initus*. Sequitur in defi-
nitione, *custodienda alicui tradita*, quæ
forma est depositi, per quam distingui-
tur ab aliis contractibus, qui similiter
re constituuntur. Depositum est, quod
custodiendum alicui traditur. l.j. in princ.
D. depositi. §. præterea & is. Instit. titu.
Quib. mod. re contrah. obligat. In reli-
quis contractibus, qui re perficiuntur,
non datur res custodienda, sed vt vel ac-
cipiētis fiat, vt in mutuo & in indebito;
vel vt ea accipiēs vtatur, vt in commo-
dato; vel vt eam in securitatem crediti
habeat, vt in pignore. Non obstat. §.
quæ de fullone. versi. vlt. Instit. Titu. de
oblig.



obligat. quæ ex delict. nasc. vbi dicitur,
quod is, apud quem res deposita est, cu
stodiā non præstet. Nō obstat in qua,
ibi enim custodia significat, diligentia
mediocrem, siue mediā, item exactisq;
diligentiam, quam depositæ rei adhibe
re non tenetur depositarius. Et hæc est
plena, perfecta & absoluta depositi de
finitio, qua etiam distinguitur deposi
tum, à locatione & conductione, licet
in ea non fiat mentio vocis, *Gratū*, quā
exigere videtur. l.i. §. Si vestimenta, &
§. seq. D. depositi. Nam genus huius de
finitionis satis distinguit depositum à
locatione & conductione, quæ est con
tractus solo consensu initus, non etiam
initus re, ut depositum. Notandum ta
men est d. l. i. §. si vestimenta, & §. seq.
D. depos. Quod licet depositum mer
cedem non recipiat, honorem tamen
& remunerationem recipit, quod pre
tium depositionis dicitur, in l. 2. §. si in
re deposita. D. vi bon. rapt. sed potius
ἀντίδωρον est, quam pretium, Cuiac. lib.
j. feud. tit. j. mihi, fol. 42. Et in Paratit.
in Cod. tit. deposi. Conditio autem de

100 CAPUT IV. QVI MODI IN
positi naturalis est, quod recipit dolus,
hac leg. nost. d.l. si ut certo. s. §. nunc vi-
dendum. D. Commod. d. §. præterea.
Instit. Quibus mod. re. contrah. oblig.
Itemq; latam culpam. l. j. C. depositi, que
latior dicitur culpa in. d.l. quod Nerua.
D. Depositi, quā l. C. hic sub dole com-
prehendit, Siquidem, vt suprà dixi, la-
ta culpa dole proxima sit, & quandoq;
dolus dicatur. Ob dolum quoque &
latam culpatam secundi depositarij, apud
quem depositarius prior commenda-
tam sibi rem postea deposituit, tenetur,
vt vel præstet, quanti interest deposito-
ris, vel cedat actione sua aduersus secu-
dum depositarium. l. si. is. 16. D. deposi-
Depositarius itaque naturā depositi eo
solo tenetur, si quid dolo vel lata culpa
commiserit. Nulla enim utilitas eius in
deposito versatur. l. s. §. 2. D. commo-
dati. Is tamen, qui se obtulit deposito,
tenetur etiam de leui & leuissima cul-
pa. l. j. §. s. æpè. D. depositi, vt & de leui te-
netur culpa, qui aliquid pro custodia
cepit. c. 2. extrà de deposito. Deponens
tamen præstat depositario, non solum
dolans



dolum & latam culpam, sed etiā leuem
culpam. I. si seruus cōmunis. 61. §. quod
verò ad mādati. D. de furt. Cuiac. trac.
ad Africa. 8. mihi, fol. 437. & seq. Addo
& illud hoc loco, quòd circa depositū,
singularia quædam recepta sunt. Nam
reposcenti depositum non potest obij-
ci compensatio. §. in bona fidei. Instit.
de actio. I. pen. & vlt. C. deposit. quò e-
tiam referunt quidam. I. vlt. C. cōmod.
vbi pro Commendati, perperam legi. tra-
dunt Commodati. Commendatum est
depositum. I. Lucius. D. depositi. Cuia.
lib. II. obseruat. cap. II. & ad Iul. Paul.
lib. 2. tit. 12. Sed retineri potest visitata
lectio. Nam compensatio eius tantum
crediti fieri potest, quod in quantitate
consistit, & functionem in suo genere
recipit. I. si conuenerit. 18. in prin. D. de
pignorat. act. I. 5. D. de impent. in res do-
tal. fact. I. §. non sortem. 26. §. si cētum.
D. de condic. indeb. Iul. Paul. lib. 2. sen.
tit. 5. & ibi Cuiac. Sed non potest com-
modari id, quod in quantitate consi-
stit, atq; ita vsu consumitur, nisi forte
ad pompam vel ostētationem quis ag-

102 CAPVT IV. QVI MODI IN
cipiat.l.3.§.vlt.D.commodati: Et pro-
inde actioni commodati directæ regu-
lariter non obiicitur compensatio. Ex
illo autem Pauli loco d.lib.2. tit.12. in-
telligitur, Iustinianum.d.l.pen.C.de-
positi, non tam nouum ius dixisse, quā
confirmasse, illustrasse & amplificasse
antiquum, ut etiam ibidem Cuiac.sen-
tit, & tradit Balduinus in suo Iustinia-
neo fol.150. Neq; etiam obiici potest
reposcenti depositū exceptio non nu-
meratæ, vel non datæ rei pecuniarie, si
depositi ex scripto agatur.l.pen.C. de
non nume pec. Neq; denunciatio ab
altero facta depositario. Nouel. 88.
Qua tamen Nouella non tota vis de-
nunciationis illius tollitur, licet hoc ve-
lint interpres Balduin. in Iustiniano
suo fol.152. Cuiac.in d. Nouel.88. A-
ctione quoque depositi condemnatus
fit infamis.l.j.D.deposi. Et quandoque
ea in duplum est actio.l.j.D.deposi. Et
tantum hoc loco de deposito. deposito-
rum sequitur in hac lege precarium.

4 Est autem precarium, quod pre-
cibus petenti conceditur tamdiu, quā-
diu

diuis, qui concessit, patitur, l.j. in prin.
D. de precario. Et licet precarium hic
inter contractus numeretur, tamen re-
uera contractus non est. l.interdictum.
14. D. de precario. Non obstat. l.2. & l.
duo. 19. §. fi. D. d. t. Paul. libr. 5. Sent. tit.
6. ubi de precario preter interdictum e-
tiā præscriptis verbis actio dari dicitur
qua actio nascitur ex contract. & quidē
innominatis cōtractibus. l.2. & fo. ti. D.
de præscrip. verb. Nō obstat, inquam.
Nam constitutiones de precario dant
præscriptis verbis actionem ex bono
& a quo potius, quam ex negotio con-
tracto. d.l.2. D. de precar. nō quod pre-
carium sit contractus, sed quod ad ali-
quid simile sit contractui, scilicet com-
modato. l.j. §. fin. D. de precar. Iacobus
Cuiac. in Paratit. in C tit. de precario.
& lib. 4. obseruat. cap. 7. & ad Iul. Paul.
lib. 5. sent. tit. 6. Alias vi & natura ipsius
precarij, nulla est ciuilis actio. l.inter di-
ctum. 14. D. de precar. l. eum qui. 14. §.
is qui precario. D. de fur. Nec etiam est
quasi contractus. Nam si esset quasi cō-
tractus, negotium in se cōtineret, & ci-



104 CAPVT IV. QVI MODI IN
uilem actionem pareret, vt cæteri qua-
si contractus ex eo heredes teneretur.
Sed non continet in se negotium, nec
yllam ciuilem actionem parit. d. l. in-
terdictū. 14. D. de precar. & d. l. eum q.
14. §. is qui precario. D. de furt. neq; ex
eo heredes tenentur, nisi quatenus ad
eos peruenierit. l. quæsitum. 8. §. vlt. D.
de precario. Nec est igitur quasi cōtra-
ctus. Quia tamen simile est contractui,
scilicet commodato, vt antea dixi, pro-
ptera hic numeratur inter contractus.
Conditio autem precarij naturalis est,
quod recipit dolum & latam culpam.
h. l. n. l. quæsitū. 8. §. eum quoq; D. de
precario. Qui itaque rem precario ha-
bet, eo solo naturā precarij tenetur, si
quid dolō vel lata culpa in precario cō-
miserit, licet dumtaxat accipientis gra-
tia res precario detur. Et ratio est, quia
totum hoc ex sola liberalitate descen-
dit eius, qui precario concessit, ita vt sa-
tis sit dolum & latam culpam tantum
hic prestari. Et hanc rationem assignat
Vlpia. in d. l. quæsitum. 8. §. eum quo-
que. D. de precar. Deinde etiam huius
iuris



juris hæc ratio reddi potest, quod pre-
carium omni tempore liberè renova-
tur. d.l.j. D.d.t. licet specialiter conue-
nerit, ne ante certum tempus repeteret
tur. l. cum precario. 12. D. d.t. ita ut mi-
rum videri non debeat, hic dumtaxat
dolum & latam præstari culpam, secus
atque in commodato, quod antequā
finiatur limitatus usus, non vocatur. l.
in commodato. §. sicut. D. commoda-
ti. Post redditum tamē interdictum de
precario, culpam quoque præstat leuē,
qui precario possidet. d.l.eum qui. 14.
§. is qui precario. D. de furt. Porro est
negocij quoddam genus, quod huic &
nomine & nominis ratione simile est,
diciturque precaria. c.vnic.tit. qui suc-
cess. teneat. lib. i. feud. Iustinianus ^{T. 10}
^{XII. 10. 10. 10. 10.} appellare videtur **Noue.**
7. & 120. Est autem precaria cōtractus,
quo rei immobilis ususfructus clero
ceditur ad tempus, vel dum vixerit, ea
lege, ut ecclesiæ ministerium exhibeat.
vel est contractus, quo rei immobilis
ususfructus ei ceditur, qui ecclesiæ reim
sam donauit, aut liberis, vel in ea re ¹⁰⁻



fos CAPVT IV. QVI MODI IN
la, vel in aliis rebus ecclesiæ, vel tam in
ea. q̄ in aliis rebus ecclesiæ, ad certū tē-
pus, vel in tēpus vitæ donatoris tātūm,
vel etiam filiorum eius, Cuiac.ad d.c.
vnic.tit qui succes.teneant, quē sequi-
tur Ioan.Borcholt.in cōmen.in consue-
tud.feud.c.3.nu.46. Differt itaq; preca-
riū à precaria, quod hæc contractus est,
illud verò non. Item, quod in hac ples-
xunque interuenit merces, non etiam
in illo. Quod illud voluntate eius, qui
concessit, reuocatur, non etiam hæc. Et
denique quod illud nō reuocatur. hæc
verò singulis lustris reuocari solebat.
Idem Cuiac.lib.4.obseruat.ca.9. & ad
d.c.vnic.tit qui succes.ten.lib.1.feudo.
& haec tenus de deposito & precario,
quæ duo recipiunt tantum dolum &
latam culpam. Sequuntur nūc contra-
ctus. quorum quidam præter dolum &
latam culpam, sua naturā recipiunte
tiam culpam leuem, quidam etiam cul-
pā leuissimā. De quibus ordine dispi-
ciemus. Ex his se primū offert mādatū.

s *Mandatum est* contractus solo
cōsensu initus de negotiis mandatoris
hone-

honestis gratuito procuratoris animo
à mandatario expediēdis. Dico *Contra-*
et us solo consensu initus. Neque enim rei
traditio neque literæ, sed solus cōsen-
sus ad hunc contractum perficiendum
requiritur. Tit. Instit. de obliga. ex con-
sensu. Dico *De negotijs mandatoris*. Quā
uis enim aliquando non solum sua gra-
tia tibi mandet aliquis, sed etiam tua &
aliena, vel aliena tantūm, vel tua & a-
lienā tantūm gratia. Insti. Tit. de man-
dato. in princ. & l. 2. D. eod. Mandato-
ris tamen semper intersit negociū ex-
pediri, necessum est. aliás verum man-
datum non est, nec competit mandati
actio. l. si remunerandi. 6. §. planè. & l.
si procuratorem. 8. §. mandati. D. d. tit.
Nisi mandatarius non esset facturus, si
mandatum non acceperit. Hoc enim
casu mandatum quoque est & manda-
ti actio cōpetit, licet non intersit manda-
toris. d. l. 6. §. planè. D. d. t. Nā & hoc
casu negocium mādatoris intelligitur,
imò est, quippe qui mandārit, licet sua
non intersit negocium expediri. Porrò
mandatorem hīc intelligere debemus



408 CAPVT IV. QVI MODI IN
non solum, qui mandatum dat de ne-
gociis administrandis: sed etiam cum,
qui iam ante a ballo administrata ne-
gocia ratificat. Ratihabitio enim man-
dato cōparatur. I. semper qui non pro-
hibet. infra. h. t. c. ratihabitionē. de re-
gul. iur. in 6. Hoc tamen perpetuum non
est, vt indicat l. si pupilli. 6. §. item que-
ritur. & §. sequ. D. de nego. gest. & lex
mandato. 20. §. j. D. mādati. Sed hic di-
stinguendum est in hunc modum. Aut
te absente & ignorantē gero & tuū ne-
gocium & tui contemplatione. Aut gero
negocium alienum, sed tui contempla-
tione. Aut gero tuū negotium, sed
non tui contemplatione. Primo casu
ratihabitio mandato compatatur. I. cū
mandatu. 21. §. sed si non vtique. D. mā
dati. Secundo casu ratihabitio manda-
to nō comparatur, sed negotiorum ge-
stionem facit, & negotiorum gestorū
actionem producit. I. si pupilli. 6. §. itē
queritur. & §. seq. D. de nego. gest. Ter-
tio casu similiter ratihabitio manda-
to non comparatur: sed negotiorum
gestionem facit, & actionem negotio-
rum



futū gestorum parit.l.vlt.D.d.tit.Iaco.
Cuiac.ad African.tract.8.in prin.Prä-
terea,negocia mandata vel certa sunt,
vel incerta: si omnino incerta fuerint,
vel plurium causarum , tunc licet aliis
præstationibus exoluta sit causa man-
dati,quam quæ ipsi mandato incurrit:
tamen si hoc mādatori expedierit,mā-
dati vtrinque erit actio . Si verò nego-
tium fuerit certum, non debet manda-
tarius à mandati forma recedere.l.si
quis pro eo.46.D.mandati.Alijs mera
iuris ratione,quam Sabiniani sequuti
sunt,mandati actio à nulla est parte.l.
;D.d.t.Iuris tamē benignitate , bene-
volentia & humanitate, qua nisi, quā-
que secuti sunt Proculiani,est mandati
actio vtrinque, sed tantum usq; ad mā-
dati causam,non ultra. §.is qui exequi-
tur.Instit.de mandato.l.4.D.d.tit.Cu-
iac.lib.12.obser.cap.34.vbi hāc diuersæ
scholæ authorū pugnam explicat.Di-
co *Honestio*. Rei enim turpis nullū man-
datum est. §.illud quoque. Institut.de
mandato.d.l.si remunerandi.6.§.rei
turpis. D.mandati,vt si pro adolescentē

mo CAPVT IV. QVI MODI IN
luxurioso apud meretricem mandatu
eius fideiubeas. l. si verò. 12. §. si adole
scens. D.d.t. Vel alterius interficiendi
negocium suscipias. l. si mandato. 22. §.
qui cedem. D.t. Dico *Gratuitò expedien*
dis. Nam interueniente pecunia res ad
locationem & conductionem potius
spectat. §. fin. Instit. tit. de mandato. l. j.
in fin. D. mandati. Ita tamē gratuitum
esse debet mandatum: vt non obsit, re
munerandi gratia honorarium vel sala
rium dari, aut promitti. dict. l. si remu
nerandi. 6. in princí. l. qui mutuam. 56.
§. salarium. D. mādati. l. j. l. salarium. 17.
C. eodem, quod peti potest, si certū est:
si incertum est, peti non potest. dicta l.
qui mutuam. 56. §. salarium. D. manda
ti. dicta l. salarium. 17. C. eo, petitur au
tem non mandati iudicio, sed extraor
dinaria persecutione exigitur, dict. l. j.
D. mandati. l. salarium. 7. D. eodē. Nec
obstat d. l. si remunerandi. 6. in princip.
C. mandati. Vbi Vlpianus. Si, inquit,
remunerandi gratia honor interuenit,
erit mandati actio. Hæc enim verba
non sunt ita exaudienda, quasi propter
salarium



salarium detur mandati actio, sed quod
mandati actio competit, licet quid re-
muneradi gratia datum sit ut recte ibi
dem Accursius monet. Adiicio præ-
terea *Procuratoris animo*, propter l. i-
demque. 10. §. si quis ea quæ procura-
tor. D. mandati. &c l. 2. D. de proxonet,
ubi dicitur, quod non tenetur manda-
ti actione, qui nō procuratoris animo
interuenit, sed dūtaxat affectionē ami-
calem promisit, in monendis & cōsilio
regēdis procuratoribus, & actoribus.
Non itaq; cum suo aduocato quis con-
trahit mandatum, sed cum procurato-
re. Nam aduocati sunt iurisperiti, qui
sātem ius suggerrunt, & adsunt alienis
causis agendis, & solam personam su-
scipiunt. Procuratores verò, qui nego-
cium & litē alieno nomine persequen-
dam mediante mandato domini iusci-
piunt. Et inde aduocato suo quis susce-
ptus vel cliens est. Procuratori verò mā-
dator vel dominus. Iaco. Cuiac. in Pa-
ratit. in Cod. tit. de procurat. Olim erat
differētia inter aduocatos & patronos:
Hi agebant causas: illi aduocabantur in



222 CAPV T IV. QVI MÖDI IN
consilium.Cic.pro Client. Quis enim
vñquām non modò in patroni , sed in
laudatoris aut aduocati loco viderat.
Et Ascon.Pedia. Qui defendit alterum
in iudicio, aut patronus dicitur , si ora-
tor est: aut aduocatus , si aut ius sugges-
tit, aut præsentiam suam commodat a-
mico. Sed hodie his nōminibus abuti-
mur, & aduocamus patronum, vt agat
litem nostram, inuocamūs iudicē , vo-
camus in ius aduersarium , euocamus
testem, ita scilicet hæc in iure verba di-
stinguenda sunt.Ia. Cuiac.in Paratit.in
Cod. tit.de aduocat.diuerſor.iudicior.
Deniq; addo, *A mandatario expediendis*:
Nam qui suscipit mandatum expedien-
dum, dicimus mandatarium , vt eum.
qui mandat quid fieri, mandatorem ap-
pellamus. Conditio autem naturalis
mandati est, quod non solum recipit
dolum & latam culpati, sed etiam cul-
pam leuem & leuissimam.l. à procurat-
ore.13.& ibi Accurf.Cyn.Bald. Angel.
de Peru.& alij.C.mandati. Ibi Impp. à
procuratore aiunt, dolum & omnem
culpam,nō etiam impropositum casum
præ-

præstandum esse iuris auctoritate manifestè declaratur. Notandum est, quod Imp. dicunt, omnem culpam. Nam his verbis comprehendunt etiam culpam leuissimam. Omne enim qui dicit, nihil excludit, ut vulgo dici solet, Accurſ Bal. Ange. de Peru in d. l. à procuratore, & facit. l. 3. D. de offic. præsid. &c. si Romanorum. 19 dist. & c. solito de maior. & obedien. Deinde notandum est, quod Imp. solum improuisum casum à mandatario remouent, quo sanè significant, & leuissimam culpam à mandatario præstandā esse. Casp. Cabal. tamen in tractatu de eo quod interest, nū. 183. & seqq. intelligit d. l. à procuratore. 13. C. mandati, de procuratore ad litem, à quo maiorem diligētiam requiri tradit, cùm tamen generaliter de procuratore loquatur; imò potius de procuratore extrajudiciali, siquidem excipiat improuisum casum, qui non ita in operam procuratoris iudicialis, ut in res corporales procuratori extrajudicali commissas cadere solet, præte reale uissimam quoq; culpam man-



■4 CAPVT IV. QVI MODI IN
datum recipere, docet Constantinus
Imp.in l.in re mandata.21.ibi, *Nec quic-
quam, &c. C.d.t.* Quæ lex diligenter pō-
deranda est, quippe, quæ omnino hanc
sententiam tuetur. Deniq; suffragatur
etiam huic conclusioni.h.l.n.ibi, *In his
quidam & diligentiam.* Nam hoc loco
Quidam est pluralis numeri, vt etiam
in prin.huius legis. Quare ea voce plu-
res contractus significantur, qui diligē-
tiam.h.e.diligētiā exactissimam.(ita
enim diligentia nomen hīc accipi su-
prā probau) recipiunt. Sed præter cō-
modatum & mā datum nullus horum
contractuum probabitur iuris textu,
recipere etiam leuissimam culpā, quæ
exactissimæ diligētiæ opponitur. Quo-
circa, vt commodatū, sic & mandatum
hae lege dicitur leuissimā recipere cul-
pam. Tenet etiam eandem sententiam
Pet.Fab.hīc. Et Constant. Harmenop.
lib.6.Epst.tit.2 cum inquit, dolum &
culpam recipiunt mandatum, commo-
datum, & tutela: quibus tribus & accu-
ratissima diligentia præstanda est. Ac-
curatissima autem diligētia, vt & supra
dixi,



dixi, opponitur leuissimæ culpæ. Quare & leuissimam culpam mādatum recipere sentit etiam Harmenopulus. Cō probant quoque hanc conclusionem Ioan. Bulgar. Accurs. Cyn. Bald. Angel. de Peraſ. in d.l. à Procuratore, 13. C. mādati. Item glo. in §. penul. in verbo. *Iusta causa.* Inſtit. de mandat. Nō tuetur quorundam contrariam opinionem. l. 4. C. mandati, vbi dicitur procuratorem mandati agere, si nihil culpa ipsius factum sit. Licet enim per culpam, vt supradixi, culpa leuis intelligatur, tamen id in dubio verum esse dixi, & nisi secūdum subiectam materiam aliud sit dicendum, vt not. Bar. in l. in venditione. §. si quis fructus. nume. 6. D. de reb. author. iudic. possi. & Bal. in l. quæ fortuitis. ver. sed dubitatur. C. de pignor. act. Quoniam vero certum est ex supra adiunctis textibus, mandatarium etiam teneri de leuissima culpa, per culpam nō debemus intelligere saltem leuem culpam, sed etiam leuissimam, in d.l. 4. C. mandati. vt & in l. si procuratorem. 8. §. proinde si tibi. & l. idemque. 10. §. j. & l.



116 CAPVT IV. QVI MODI IN
inter causas. 26. §. sed an seruus. D. d. t.
Deinde etiam nō tuetur quorundam in-
terpretum sententiam. d. l. idemque. 10.
in princ. D. d. t. vbi l. C. generaliter ait.
nihil amplius procuratorem præstare
oportet, quam bonam fidem. Ibi enim
præstare bonam fidem, nihil aliud est,
quam Præstare diligentiam, de qua præ-
standa & adhibenda in ipso cōtractu fi-
dem mandatarius dedit. Contra fidem
igitur datam mandatarius facit, qui in
amicis negocio, quod suscepit gerendū,
negligenter se præstat. Id namque alie-
num est à bona fide. Exempla etiā quæ
procedunt in l. si procurator. 8. §. vltim.
D. d. t. ostendunt, ita bonam fidem acci-
piendam esse in d. l. idemq;. 10. in princ.
D. eodē. licet alias bona fides, ut suprā
dixi, soli dolo apponatur. Durar. in com-
mentar. ad tit. D. & C. mandat. c. 2. præ-
terea non refragatur, quod triandatum
respicit plerumque utilitatem solius
mandatarij. l. 2. in prin. §. vlt. D. manda-
ti. Instit. tit. de manda. in prin. Vnde di-
cendum videtur, mandatarium teneri
dūtaxat de dolo, de quo tantū tenetur
deposit.



depositarius, non etiam de culpae leui
aut leuissima, secundum regulam pro-
positam, in d.l. si ut certo. s. §. nunc vi-
dendum. D. cōmodat. Non refragatur,
inquam. Diuersa etenim ratio est depo-
sitarij & mandatarij. Mandatarius, qui
negotium alterius gerendum suscipit,
videtur diligētiam & industriam suam
promittere: Quia in gerendo negotio
opus est industria, diligentia & opera:
In deposito autem sufficit. si deposita-
rius depositum recondat. Duar. suprà
dict. loc. & Hierony. Frācus hīc, nu. 28.
Deniq; non obſtit l. si fideiūſſor. 29.
in prin. D. Mādati, vbi fideiūſſor ex mā-
dato debitoris acceptus tenetur dum-
taxat de dolo & latā culpa. Nam illud
negocium tale est, vt industriam non
requirat. Quare non interpretabimur
hoc actum esse inter mandantem debi-
torem & mandatarium fideiūſſorem,
ut is diligētiam adhibeat exactā. Duar.
suprà dict. loc. Cūm igitur mandatum
recipiat nō dolum dumtaxat & latam,
itemq; leuem culpat, sed etiā culpat
leuis: voluit l. C. illud etiam intelligere



118 CAPVT IV. QVI MODI IN
per huius legis verba hæc, *In his qui dñ*
& diligentiam vbi, vt ante a dixi, per dilig-
entiam significatur exactiss. diligentia, atq; ita per oppositionem culpa le-
uissima. Et hæc de mandatario. Manda-
tor autem vicissim tenetur quidē man-
datario, sed dum taxat de dolo & lata
culpa, itemque de culpa leui. I. si seruus
communis. 61. §. quod ad mandati D.
de furt. Cuiac. ad African. tract. 8. mihi,
fol. 437. & seq.

6 Mandatum sequitur in hac lege
commodatum. *Commodatum est con-*
tractus re initus, in usum gratuitum,
cumq; certum concessa, eaq; ipsa tem-
pestiuè restituenda, dico Contractus re
initus. Est enim ex eo genere cōtractū
qui re. h. e. rei traditione perficiuntur.
§. Item is cui res aliqua, ibi, *re obligatur.*
Instit. tit. Quib. mod. re contrah. oblig.
I. j. §. is quoq; D. de oblig. & act. Et hæc
res etiam in numerata pecunia cōsiste-
re potest, si scilicet ea accipiatur quasi
corpus, non quasi quantitas, vt ea uta-
mur, nō abutamur. Cuiac. lib. II. obser.
cap. 37. veluti si pecunia ad pompam &
osten

ostentationem commodato alicui detur. l. si ego pecuniam. 18. §. j. D. de reb. credit. & l. 3. §. vlt. D. commodati. dico,
In usum concessa. Nam ut commodatum sit, necessum est, ut res vtenda detur. d.
 §. item is cui, ibi, *res aliqua vtenda datur.*
 Instit. tit. Quib. mod. re contrah. oblig.
 Ethoc differt commodatum à mutuo:
 Qui enim mutuum dat, transfert do-
 minium rei. Instit. d. tit. in prin. Quive-
 rò commodat rem, sic commodat, ut
 non faciat eam accipientis, sed ut ei re
 commodata vti permittat. l. j. §. fin. D.
 de precar. l. rei commodatæ. 8. & l. seq.
 D. commod. Dico, *In gratuitum usum*
concessa. Nisi enim res vtenda gratis ali-
 cui concedatur, sed mercede cōstituta,
 commodatum non erit, sed locatio &
 conductio. d. §. Item is cui res. versicu.
 Commodata autem. Instit. titu. Quib.
 mod. re contrah. oblig. l. si. ut certò. 5. §.
 rem tibi. D. commodati. dico, *In certum*
usum. Nam rem vtendam dari in cer-
 tum usum constat ex l. 3. in fi. & l. seq.
 d. l. si ut certò. 5. §. sed interdum, & §.
 seq. & §. interdum planè. l. eum qui.



120 CAPVT IV. QVI MODI IN.

10. in prin. l. vlt. D. d. t. d l. j. §. is quoq;,
D. de oblig. & aet. l. 2. C. de commod.
Veluti, si commodetur equus , vt ad
villam adducatur, vel vt adducatur ad
bellum : Item si commodetur ancilla
temporalis ministerij causa: Si commo-
dentur aurea vel argentea pocula con-
uiuij exhibendi gratia, dico, *Eag ipse*
restituenda. Nam eandem ipsam rem,
quam commodatarius accepit , restituere
commodatori tenetur, d. §. Item
is cui res aliqua, ibi, *Et ob id de ea ipsa re-*
stituenda tenetur, Instit. tit. Quib. mod.
re contrah. obligat. d. l. j. §. is quoque
cui. D. de obligat. & aet. Et hoc differt
etiam commodatum à mutuo, in quo
idem genus reddēdum est. l. 2. in prin.
D. de reb. cred. dico postremo, *Tempesti*
uè restituenda. Licet enim ab initio vo-
luntatis & officij magis, quām necessi-
tatis sit commodare: tamen, posteaquā
commodatum est , non potest quis
commodato fines præscribere & retro
agere, atque intempestiuè usum com-
modatæ rei auteret, l. in commodato.
17., sicut autem. D. commodati. Et
hoc

hoc differt commodatum à preario,
quod reuocare quis potest quando vo-
let.l.2.§.& naturalem.l quæsitum.3.§.
interdictum.D. de precar. Differt etiā
commodatum à preario in eo , quod
illud vltro citroque obligationem pa-
rit,hocverò non item.Et hæc differen-
tia omnibus, nota est. Deinde. Com-
modato non obligatur pupillus sine
tutore contrahens, nisi ex ea re locu-
prior factus sit.l.3.in princi D. Com-
modat. Nisi item doli & culpæ capax,
veluti pubertati proximus commoda-
tum acceperit, & in commodato do-
lum aut culpam admiserit.l.j.§.vlt.D.
d.t.& facit.l.j.§.an in pupillum. D. de
petit. At interdicto de preario pupil-
lum teneri indistinctè omni casu , si
rem habeat,etiam si preario rogauerit
sine tutoris auctoritate apertè docet.
l.vlti.§.vlti.D. de precar. Deniq; he-
res commodatarij tenetur commodat.
actione ex dolo vel culpa defuncti ; etiā
si nihil ad eum peruerterit , sicut heres
depositarij. l.ex depositi.D.de obligat.
& actio.l.7.§.j.D.deposi. Heres autem

h s



122 CAPVT IV. QVI MODI IN
eius, qui precario rogauit, non tenetur
interdicto de precario, nisi quatenus
ad eum peruerterit, id est, quatenus ha-
bet, iuxta formulam interdicti. d.l. que-
suum. 8. §. vlt. D. de precar. Et has duas
postremas commodati & precarij diffe-
rentias, vt quas non animaduerterint
magistri nostri, annoq;at doctissimus
Cuiac.lib.23. obseruat. ca.21. Conditio
autem naturalis commodati est, quod
recipit non dolum dumtaxat & latam
culpam, sed etiam culpam leuem & le-
uissimam regulariter, h.l.n.l. in rebus.
18. in princ. ibi, *Qualem diligentissimus pa-*
ter famil. suis rebus adhibet. D. commoda-
ti. l.j. §. & ille quidem ibi, alias tamen &
exactissimam diligentiam custodienda rei
prastare compellitur. D. de oblig. & actio.
Et docet Constant. Harmenop. libro 6.
Epitom. tit. 2. & facit l. custodiam. D. de
peric. & commod. rei vendi. Dixi regu-
lariter leuissimam quoque culpam re-
cipere commodatum. plerumq; enim,
h.e. regulariter commodatum cōtinet
solam eius utilitatem, cui commoda-
tur. vt ait Vlpia. in l. si ut certo. s. §. nūc
videno



videndum. D. commodati. Iustinianus
itaque in §. Item is. Instit. tit. quib.
modis re contrah. obliga. *Exactam dixit pro
exactissimam*, ut ibidem etiam Cuiac. &
in prioribus & posterioribus notis suis
monet, quo modo etiam Argentinen-
sis Codex habet, teste Ottomano ibi-
dem, & Vlpia. in d.l. si ut certo. s. §. nūc
vidēdum. D. commodati. *Custodiam di-
ligenatem*, dixit pro *custodiam dilidentissi-
mam*. Non obstat. l. 3. D. de pericu. & cō-
mod. rei vend. Nam ea lex referenda est
ad casum : qui proponitur in lege præ-
cedente & quidem eius legis. §. i. ibi au-
tē agitur de casu, quo emptio & vendi-
tio nōdū omnino perfecta est, h.e. quo
dum vinum ad mensuram venditum,
admensum est. Quo circa venditor eo
casu meritò præstat præter dolum, latā
& leuem culpam, etiam culpam leuissi-
mam, de qua & commodatarius tene-
tur. Cùm igitur commodatum etiā le-
uissimę culpę sit capax, voluit illud etiā
I.C. Vlp. hac lege intelligere per verba
hæc. *In his quidam & diligentiam*, vbi per
diligentiam exactissima significatur di-



224 CAPVT IV. QVI MODI IN
ligentia, vt & suprà dixi cap. 3. Quando-
que tamē præter dolum & latam culpā
recipit duntaxat culpā leuem, non etiā
leuissimam, si scilicet vtriusque gratia
hic cōtractus celebratus dicatur. d.l.in
rebus. 18. in prin. vers. hæc ita. D. cōmo-
dati. Quādoque etiam dolum & latam
culpam tantū, non etiam leuem aut
leuissimam recipit culpam. d.l. si vt cer-
to. 5. §. interdum. l. eum qui. §. vlti. cum
duabus legibus sequentibus. D. d.t. sci-
licet secundū definitionem. d.l. si vt cer-
to. 5. §. nunc videndum. D. commoda-
ti. vide Cuiac. lib. 19. obserua. cap. 24.

7 *Sequitur* in regula nostra. *Venitū*
emptio & vēditio est cōtractus solo cōsen-
su initus de merce emptori tradēda &
pretio certo venditori in nūmis dādo.
Solo consensu perficitur hic cōtractus.
I.j. in fin. D. de contrahend. empt. non
pretij numeratio hīc necessaria est. l. 2.
D. d. tit. nec rei traditio, nec verba, nec
literæ. toto tit. Instit. de obligat. quæ ex
consen. l. 2. §. j. D. de oblig. & act. Si ita-
que contrahentes in mercis vel corpo-
re vel materia dissentiant, emptio nul-
la est.

C O N T R . & Q . C O N T R . &c.

l. est. l. in venditionibus. 9. in princi. &c
§. inde queritur. D. de contrahē. empt.
nisi merx quid habeat materiae, in qua
consensum sit, ut si inauratum sit, quod
ego aureum putem. l. quid tamen. 14.
D. d. t. Nec obstat l. cum ab eo. 41. in fi.
D. cod. Nam ibi mensa non est inargentata:
sed argento cooperta. Inargentatae
mensae argentum inest. argento cooperatae
mensae non inest argentum, sed men-
sa est ænea, cuius coopertura veluti ve-
stis ipsius est. Dico præterea in definitio-
tione *de merce*. Licet enim solo consen-
su perficiatur hic contractus, necessum
tamen est, ut in consensus interueniat
de merce, sine qua emptio intelligi no-
potest. l. nec emptio. 8. in princip. D. d.
tit. & quidem tali, qualis haberi ac pos-
sideri possit, non quam Natura vel Gen-
tium ius, vel mores ciuitatis commer-
cio exuerint. l. si emptione. 34. §. om-
nium. l. 4. l. 6. in princip. l. qui officij. 62.
D. de cōtrahē. emptio. l. fancimus. 21.
C. de sacro sanct. eccles. §. fin. Institu. de
empt. & vendi. dico, *Emptori tradenda.*
Tradere enim non dare mercem em-



126 CAPVT IV. QVI MODI IN
ptori venditor tenetur. I. exempto. II.
§. secundo. I. seruus. 30. in fine. D. de
action. empt. I. si ita. 25. D. de contra-
henda emptione. Si tamen mercis do-
minus sit venditor, & emptorem domi-
num facit, sin minus, euictionis tan-
tum nomine illi tenetur. d. I. exempto.
II. §. 2. D. ad act. empt. Dico *Et pretio.*
Nam sine pretio nulla venditio est. §.
pretium autem Institut. de empt. & ven-
dit. I. 2. §. I. I. nuda. 55. I. cum in venditio-
ne. 36. D. de contrah. emp. I. empti. II. in
pr. C. d. t. I. contractus. 54. D. de obligat.
& act. I. imaginaria. D. de regul. iur. I. 3.
I. si non donationis. 8. C. de cont. empt.
Vno itaq; nummo fieri non potest em-
ptio & venditio. I. si quis. 46. D. Locat.
conduct. Nam ynus nummus pretio
opponitur, in I. si quis ante. 10. §. fin. D.
deacquir. vel amitt. poss. Dico porro
Certo. Nam mercis pretium certum esse
debet. §. pretium autem Institut. de emp.
& vendit. quale est cuius summa siue
quātitas definitur. I. certum est. 6. D. de
reb. cred. Dico postremo **Venditori dan-**
do. Nam emptor dominii m. nummorū

In venditorem transferre tenetur. I. ex
empto. II. §. 2. D. de act. emp. I. i. in prin.
D. de rer. permut. Dare autem est domi-
nium transferre. §. sic itaque discretis.
Instit. tit. de action. I. non videntur data
D. de regu. iur. I. vbi autem non apparet
75. in fin. D. de verb. oblig. Nunc de na-
turali conditione emptionis & vendi-
tionis. Emptionis & venditionis con-
ditio naturalis est, quod perfecta em-
ptione, in re vendita & nondum tradi-
ta, venditor dolum & culpam leuem tā-
tum præstat, non etiam leuissimam cul-
pam: siquidem in emptione & vendi-
tione utriusque utilitas versatur. h. I. n.
& d. leg. si ut certo, s. §. nunc videndum
vers. sed vbi utriusque. D. commodati,
I. quod saep. 35. §. si res vēdita. D. de cō-
trah. empt. Ibi I. C. Gaius, talis, inquit,
custodia desideranda est à venditore,
qualem bonus paterfam. suis rebus ad-
hibet: quam si præstiterit, & tamen rē
perdidit, securus esse debet. Dicit I. C.
Bonus paterfam. non dicit *optimus pater-*
familias. Significat itaque venditorem
culpam præstare leuem, non etiam le-



118 CAPUT IV. QVI MODI IN
uiissimam. Si tamen emptor sit in mo-
ra, quò minus sibi res tradatur, de dolo
tantum venditor tenetur, nō etiam de
culpa. l. illud sciendum. 17. D. de pericul.
& commod. rei vendit. Dixi autem an-
te a perfecta emptione. Vnde sequitur, si
res sit vendita, vt pondus, vt nume-
rus, vel vt mensura, siquidem perfe-
cta emptio non dicatur hoc casu, an-
te quam res ad pensa, ad numerata, vel
ad mensa fuerit, omne periculum & da-
num spectare ad venditorem. l. quod læ-
pè. 35. §. in his quæ pondere, & ibi Bart.
D. de contrah. empt. l. j. in pr. & §. 1. D.
de peric. & commod. rei vendit. omne,
in qua periculum & damnum, quod sci-
licet, etiam culpa leui aut leuissima ve-
ditoris contigit. Nam fatale damnum
& vis magna excusat venditorem. l. 2. §.
1. & l. seq. D. d. t. Perfecta itaque vendi-
tione non tenetur venditor de leuissi-
ma culpa, nec tenetur de casu fortuito
l. 7. & 8. d. t. l. j. l. pen. & vlt. C. eod l. s. in
fin. D. de rescind. vendit l. si soluturus
§ 9. in fin. D. de solutio. Verum fortissi-
mè & quasi è diametro hu c sententia



& in eam adductis legibus repugnat &
obsistit l. si fundus. 33. D. locati. & l. le-
& os. 12. cum duabus legibus seqq. D. de
peric. & commo. rei vend. vbi expreſſe
traditur, perfecta emptione & vendi-
tione, rei nondum traditæ periculum
venditoris esse. Quam sententiā quoq;
amplectitur. Cuiac. ad African. tract. 8.
mihi, fol. 514. & sequ. & in Paratit. C. de
peric. & commod. rei vendit. Sed hīc
obſeruādum est, vtrumq; esse verum,
ſcilicet & periculum pertinere ad ven-
ditorem, item ſpectare illud ad empto-
rem, ſed diuerso rēſpectu. Ita vendito-
ris est periculū, vt ſi ante traditionem
caſu pereat res, precium eius ab empto-
re exigere nequeat: vel ſi acceperit, il-
lud restituere rēneatur. d. l. ſi fundus. 33.
D. locati. Et facit. l. vlt. D. de condic̄t.
cauſa dat. cauſa non ſecuta, vbi idem
traditur de contraſtu, Do vt des. Et
quod periculum rei venditæ ante tra-
ditionem ſit vēditoris, apertē quoque
traditur in d. l. lectos. 12. & 26. legibus
seqq. D. de peric. & commod. rei ven-
dit. Nec dici potest, ibi ædilem iure



130 CAPVT IV. QVI MÓDÍ IN
concidisse lectos ob culpam vendito-
ris. Nam periculum ad venditorem
spectare ante traditionem, licet iniuria
non iure conciderit ædilis lectos, osten-
dit intermedia, lex scilicet. l. eumque.
12. D. d. t. Non obstat. l. Lucius. ii. D.
de euictionib. quæ fundo ex præcepto
Principis victoria de hostibus parta e-
repto emptori, & partim distracto, par-
tim veteranis assignato pro emerito,
periculum ait esse emptoris, & vendi-
tori integrum esse de pretio actionem.
Non obstat, inquam, ea lex. Nam vt
Azo rectè sentit, & comprobat Iacob.
Cuaic. in specie ipsius legis, fundus
traditus fuit emptori. Denique non
obstat. l. vltima. C. de periculo & com-
mod. rei vendi, & §. cùm autem. Insti-
tu. de emptio. & vendit. Nam duo illi
textus de iure stricto, non de æquitate
intelligendi sunt. Aequius etenim est,
vt emptor qui rem non est nactus, pre-
tium non soluat. Sic quod Iustinianus
in §. certè. institu. tit. de rer. diui. docet,
malæ fidei possessorem, domino vindi-
cante impensas seruari non posse per
exce-

exceptionem doli mali, ex iure summo
& stricto est. Nam æquitas alicui suadet,
ne petitor ex aliena iactura locuplete-
tur.l. planè. 38. D. de heredi. petitio. Sic
etiam, quod Paulus in l. 3. §. fin. D. man-
dati. tradit forma mandati non obser-
uata, non nasci mandati actionem, de-
stricta iuris ratione intelligendum est.
Nam æquiori & benigniori iure usque
ad mandati formam nascitur mandati
actio, licet non sit strictè mandati for-
ma obseruata.l. 4. D. d. t. Cuiac. libr. 12.
obseruat. cap. 34. Sed utrum ius in hoc
casu sequimur, nunquid strictum, aut
æquum & benignum ius? Sanè ius æ-
quum. Placuit enim in omnibus rebus
præcipuam esse iustitiæ æquitatisque,
quæm stricti juris rationem.l. placuit.
8. C. de iudic. Atque ita ex supra di-
ctis intelligitur, quo modo periculum
rei venditæ dicatur esse venditoris an-
te rei traditionem. Emptoris contra
periculo est res vendita ante tradicio-
nem, ita ut si casu fortuito pereat res, id
quod interest, supra premium rei non
consequatur emptor.l. si fundus. 33. D.



132 CAPVT IV. QVI MODI IN
locati.potest magni emptoris intere-
se, ipsam habere rem: at cum ea perie-
rit, non culpa venditoris, sed casu for-
tuito, præter rei pretium, quod dedit,
non cōsequetur etiam interesse illud.
Atq; ita dicitur emptoris quoq; pericu-
lo esse res vendita, etiam ante traditio-
nem, cūm tamē premium non amittat,
vt dixi. Sic etiam, si scyphos tibi de-
derim, vt mihi vicissim Stichum da-
res, etiam ante Stichi traditionem, Sti-
chus dicitur esse meo periculo.l. na-
turalis.5. §.j. D. de præscript.verb. Ni-
hilominus tamen mortuo Sticho scy-
phos repetere possum.d.l.vlt.D.de cō-
dict. causa dat.causa non fecut. Nam
Stichus meo periculo est, quantum ad
interesse, quod præter scyphos conse-
qui nequeo.

8 *Sequitur de pignore.* Pignoris no-
men aliquando significat ipsum cōtra-
ctum, vt in l. solutum. ii. §. si quasi, ibi,
Pignus contractum est. D. de pignora. act.
l.j.in fin. D. de paet. Aliquando vero rē
iplam. quæ alicui datur pignori, vt in §.
creditor quoque, ibi, *Qui pignus accepit.*
Instit.



Instit.tit.quib.mod.re contrah.obli.
l.quamuis.6.§.fi.ibi,*Qui dederit pignus.*
l.si necessitas.8.§.si annua.3.ibi,*Accep-
rim pignus.*D.de pign.actio.sed definiā
pignus vt contractum.*Pignus est contra-
ctus re initus à debitore in crediti secu-
ritatem creditori tradita.*Dico,*Contra-
ctus re initus.*Nam pignus neque nudo
consensu, neque verbis, neque literis,
sed rei traditione constituitur.d.§.cre-
ditor quoque,ibi,*re obligatur.*Instit.tit.
quib.mod.re contrah. oblig.l.j.§.cre-
ditor quoque,ibi,*re tenetur.*D.de obl.
& actio.Non obstat.l.j.&l.si cōuenerit.
18.in prin.D.de pign.actio.Nam quod
ibi traditur etiam.nuda conuentione
pignus contrahi,non est intelligēdum
de pignore,quod ita ppriè & in specie
dicitur,sed de hypotheca,vt indicat.§.
Item Seruiana.versi.ad eam.Instit.titu.
de actio.Pignus propriè & in specie di-
citur.quod ad creditorem transit:hypo
theca verò cùm non transit,nec posse-
sio quidem ad creditorem.l.si rem alie-
nam.9.§.propriè pignus.D.de pignor.
action.coqué perrinet.l.plebs est.§.pi-



34 CAPV T IV. QVI MODI IN
gnus. D. de verb. signifi. vbi Gaius I. C.
pignus, inquit, appellatum est à pugno,
quia res, quæ pignori dantur, manu tra-
dūtur. *Pignus contractus est*, vt dixi. Hypo-
theca verò cōtractus nō est, sed pactū le-
gitimum, vt dixi suprà cap. j. Quantum
tamen ad actionem hypothecariam at-
tinget, inter pignus & hypothecam ni-
hil interest. Nam de vtroque datur hy-
pothecaria actio. dict. §. item Seruiana,
versic. inter pignus. Institut. titul. de a-
ction. Et hinc Martianus I. C. in l. res hy-
pothecæ. s. §. inter pignus. D. de pigno,
ad actionem hypothecariam respiciēs,
quemadmodum inscriptio legis indi-
cat, scribit, inter pignus & hypothecam
tantūm sonum nominis differre. Dico
præterea in definitione pignoris à debi-
tore in crediti securitatem creditori tradita.
Nā creditori datur pignus, quò magis
ei in tuto sit creditum. §. vltim. Institu-
tit quibus mod. re contrah. obliga. Vn-
de intelligitur, quod pignus sit alterius
contractus fides & accessio, & soluen-
dæ rei vinculum. I legata. §. vltim. D. de
luppel. legat. Pignoris autem modus &
conditio



conditio naturalis est, quod præter do-
lum & latam culpam, recipit etiam cul-
pam leuem. h.l.n.l. prætor ait. §. est præ
terea. D.de bon. author. iudi. possi. d.l. si
vt certo. §. nunc videndum. D. commo
dati. l. ea igitur. 14. & l. si seruos. 25. D. de
pigno. aetio. l. creditor. 7. C. d. t. Pignus
enim utriusque gratia datur, & debito-
ris, quo magis ei pecunia, credatur, &
creditoris, quo magis in tuto sit ei cre-
ditum. d. §. vlti. Instit. tit. quibus modis
recontrah. oblig. Si tamen solius credi-
toris gratia pignus datū sit, præstat cre-
ditor etiam leuissimam culpam, d.l. si
cum. 13. in fin. ibi, Venit & custodia. D. de
pignoratit. aetio. & d. l. sicut. 19. ibi, Sed
& custodiam. C. de pign. Hæ leges volūt,
creditorem teneri quoque de leuissi-
ma culpa, vt significant per vocem *Cu-
stodia*, qua indicatur summa & exactissi-
ma diligentia, cui opponitur leuissima
culpa, vt supra cap. 3. ostendi. Sed existi-
mandum est verum id tātum esse, si cre-
ditoris solius gratia pignus cōtractum
sit, puta, vt pecunia credita in tutum re-
digeretur, alioquin parati etiam sine



136 CAPVT IV. QVI MODI IN
pignore rogāt amico credere pecunia. Nam si vtriusque gratia pignus contra-
etū sit, quo magis debitori pecunia cre-
deretur, quam sine pignore habere nō
poterat, quod ea ratione quodammodo
videtur ei creditor exprimere , vtl.
4.C de pignorib. Et quo c̄st̄ creditori
pignore cautum, hoc casu negandū est,
custodiam pignoris esse praestandam, se
cundum definitionem d.l. si ut certo. 5.
§.nunc videndum.D.commodati. Cu
iac.lib.19. obserua.ca.24. Et hæc de cre-
ditore. Debitor autē pignoratitia actio
ne contraria conuentus præstat saltem
dolum, si cum in dando pignore admi-
serit.l.si seruus. 61. §.j. D. de furt. Cu
iac.in tract.ad African.8.mihi,fol.437.
& sequen.

9 Succedit locatum. Locatio & con-
ductio est contractus solo consensu ini-
tus, de vſu vel fructu rei alicuius , vel o-
peris hominis certa mercede illico con-
stituta alicui tribuēdis. Dico *Contractus*
solo consensu initus. Nam locatio & con-
ductio ad sui perfectionem & consti-
tutionem, neque continuo rei traditio-
nem,

nem, neque verba, neque literas requiri-
rit, sed solo consensu de aliqua re con-
tentia est. tot. tit. Instit. de obliga. ex con-
sensu. l.j.l. qui ad certum. 14. D. eo. l. cō-
tractus. 24. C. d. tit. Et hinc distinguitur
locatio & conductio ab emphyteutico
cōtractu, q nō solo cōsensu p̄ficitur, sed
præter cōsensum regit etiā scripturā
ad sui cōstitutionē. l.j. ibi, *Scriptura in-*
terueniente. vbi gl. in verbo, Alienationis,
Itē Saly. & Bal. C. de iure emph. Rolād.
à Valle consi. 87. nu. 9. in j. volu. Alexā.
consil. 136. col. 4. versic. preterea si dicā-
mus. libr. j. Catellia. Cotta. in memora-
bi. in verbo, Emphyteosis. Iul. Clar. in
§. emphyteosis. quæstio. 4. Paris de Pu-
teo de redintegra. feud. cap. 49. num. 3.
Plat. & Azo in summis suis dict. titu. C.
de iure emphyteut. Pet. Jacob. Aurelia.
in aurea sua Pract. Rubric. 55. numer. 7.
Ioannes Borcholt. in commenta. in lib.
feud. cap. 3. nu. 7. Pro hac quoq; senten-
tia facit, quod Imp. Zeno dicitur em-
phyteuseos p̄priā cōstituisse naturam
in §. adeo autem. Institut. titul. de loca.
& cōduct. Item quod dicitur idem Im-

133 CAPVT IV. QVI MODI IN
pera. emphyteusis propriam cōceptio
nem definitionemque propriam fecis.
ſe in d.l.j. in prin. C.de iure emphyteu.
Quam ſanē propriam naturam, pro
priam conceptionem & definitionem
non in alio, quām scriptura conſistere
inuenio, pŕefertim cum Zeno Impe. in
d.l.j. C.de iure emphyteu. mentionem
faciat scripturæ interuentus, & qui
dem per ablativos absolutos, quorum
natura eſt, vt conditionem inducant.l.
euictis. D. de uſuris.l. à testatore. D. de
condition. & demonstratio.l. acceptis.
D.ad legem Falcidiam.Bal. in l.j. num.
6.versi. Quæro nunquid in contractib.
C. quādo lic.ab empt. disc. DD in rub.
Soluto matri.Menoch.conſi.38.nu.26.
& conſi.69.nu.72.Rolan. à Valle con
ſil.65.nu.23.in 3.volū. Differt quidem
Emphyteusis contractus à locatione &
conductione, quod emphyteusis ex
consensu domini alienari potest, item
quod eius interitus particularis ſpectat
ad emphyteutam.d. §. adeò autem. In
ſtit.de locat.& conduct.& dic.l.j. C.de
iur.emphyteut.Sed hoc ipsum non p
tinet

tinet ad ipsius contractus conceptionē
& definitionem, siquidem hoc illi na-
turā insit citra vllam conuentionem,
vt ex dictis locis intelligitur. Zeno au-
tem Imp. emphyteutici cōtractus pro-
priam conceptionem & definitionem
introduxit. Necesse itaque est, vt ipsius
contractus quædam sit forma, qua di-
stinguatur à locatione & conductione:
Ea autem, vt dixi, in nullo alio consiste-
re intelligitur, quam in solo scripturæ
interuentu. Quare audiendi non sunt,
qui putant Zenonem Imp. sua consti-
tutione dumtaxat se creuisse & distin-
xisse emphyteusin ab emptione & loca-
tione, nulla addicta noua forma; sicut
is, qui spicas excutit, non cōflat nouam
speciem, sed eam quæ iam est, saltem
detexit; cuius sententia est Ioan. Coras.
in libello de arte iuris, part. 2, cap. 9.
Nec etiam eorum opinio ferenda est,
qui existimant Zenonem Imp. dumta-
xat nomen huic contractui inscriptissime,
cūm tamen longè ante eum Imp. hic
contractus dictus fuerit emphytentiu-
cus, vt intelligitur ex l. 3. §. si ius. D. de



148 CAPVT IV. QVI MODI IN
reb. eorum, &c. Cūm autem emphy-
teuticus cōtractus ad sui perfectionem
requirat scripturam, ex Zenonis Imp.
constitutione, sanè iuris ciuilis est con-
tractus, non iuris gentium, idq; etiam
notat Accurs. in §. ius autem gentium,
in verb. penè Instit. tit. de iure natur. gē.
& ciuil. itemq; Græci, in l. s. D. de iust. &
iur. vt indicat Ioan. Leunclaius, in an-
notationib. ad libros Digestorum in
prin. Immo licet non requireret Ze-
nonis Imperatoris constitutio scriptu-
ram in conceptione emphyteutici cō-
tractus, nihilominus tamen iuris esset
ciuilis ex eadem illa cōstitutione, quip-
pe cum ea fatale damnum totius rei af-
scribit domino, particularem verò in-
teritum Emphyteutæ, atque ita iuri
gentium quid detrahatur. Et quoties
iuris gentium, vel naturali quid addi-
tur, vel detrahitur, ius ciuale efficia-
tur. l. 6. D. de iustit. & iure. Sed redeo
ad definitionis locationis & conduct.
explicationem. Dico de usu, vel fructu,
vel operis. Hæc enim omnia locari pos-
sunt: & vñus quidē in domo: fructus in
fun-



fundo operæ in homine locantur. Cu-
iac.in Parat.C. de loca. & cōduct. atque
illud etiam multis ex iuris textibus. tit.
D.locat.& tit.C.de locato,intelligitur.
Sed quod attinet ad operatum locatio-
nem diligenter notādum est,toties es-
selocationem& conductionem , quo-
ties operæ locantur exercendæ in re no-
stra,in nostra materia:aliàs.vel emptio
& venditio est.l.Sabinus.20.l.cōuenit:
65.D.de contrahen.empt. Vel contra-
etus innominatus,vnde præscriptis ver-
bis aetio nascitur.l.naturalis.5.§.at cū
do vt facias,&l.si tibi decē.7.D.de præ-
scriptis verbis.Et hoc differt locatio &
conductio ab emptione & venditione,
quæ nō in rei alicuius vsu vel vsufructu
vel operis hominum cōsistit, sed in rei
alicuius alienatione. Nouel.7.ca.j.nos
igitur.§.alienationis autem nomen.&
l.j.in prin.ibi,sed quia non facile.D.de
contrahen.emp.& vend.vt meritò hīc
non alia diuersitatis ratio quærēda sit,
cur venditionis pretium in numerata
tantum pecunia consistat,merces verò
locationis etiā in alia re quam nummis

142 CAPUT IV. QVI MODI IN
ut postea dicam. Dico *Merce*. Nam ut
emptio & venditio sine pretio: sic loca-
tio & conductio sine mercede non con-
trahitur. I. sicut emptio. 20. D. locat. &
conduct. I. si conuenerit. 23. D. Com-
mun. diuid. Qua de causa conductio
vno nummo facta nullius mometi est.
I. si quis conduxit. 45. D. locat. & cō-
duct. I. si quis ante. 10. D. de acquir. pos.
Merce ob similitudinem emptionis
& locationis quandoque dicitur pre-
tium. I. & hæc distinctio. 35. §. j. I. quod si
domi. 28. §. j. D. locat. conduct. I. si quis
ante. 10. D. de acquir. pos. I. vlt. §. vltim.
D. ad I. Rhod. de iact. Et merces quæ ab
inquilinis habitationis causa datur, e-
tiam pensio dicitur. I. 3. C. de locato. I. si
quis. 9. §. vlt. D. eod. Interdum etiam
reditus. I. pen. §. insulam. D. de legat. 2.
Merce vero quæ à colonis datur, simi-
liter quando q; reditus dicitur. I. fun-
di. 38. D. de usufru. legat. Interdum re-
dactus, quasi pecunia ex fructuum ven-
ditione redacta. I. defuncta. 58. §. pen. D.
de usufru. Merces autem, quæ pro re-
bus deuehēdis nauiculario datur, nau-
lum



sum, item vētūra dicitur. l. ex condu-
cto. 15. §. item cūm quidam. D. locati. l.
vlt. D. ad leg. Rhod. l. cūm seruus. 39. §.
j. D. de leg j. Quæ pro meritoriis stabu-
lis & iumentis datur, dicitur etiā viati-
cum. l. cum duob. 52. §. si quis & sociis.
D. pro socio. Quæ merces datur pro o-
peris honestis, veluti quæ aduocatis
datur, dicitur propriè honor, vel ho-
norarium vel salārium. l. Qui operis
38. in fin. D. locati. l. j. §. in honorariis.
10. D. de extraor. cognit. Addo in defi-
nitione *Certa*. Nam sine mercede cer-
ta locatio non contrahitur. l. si vir vxo-
ri. 52. in prin. D. de donat. inter vir. l. si
conuenerit. 23. D. Commun. diui. Cer-
ta autem merces dicitur, de cuius sum-
ma inter contrahentes cōuenit. l. si de-
cem. 52. D. locat. Sed vtrūm in pecunia
tantūm numerata merces cōsistere de-
beat, an verò etiam in aliis cōstitui re-
bus possit, controuersum est. Accur-
sius, eiusq; asseclæ existimant in pecu-
nia numerata dum taxat mercedem cō-
sistere debere, per l. j. §. si quis seruum.
9. D. deposit. & l. naturalis. 5. §. at cum



144 CAPVT IV. QVI MODI IN.

do. 2. D. de præscrip. verb. Sed Corasius in Miscel. libr. 2. cap. II. & Cuiac. tract. 8. ad Afric. mihi, fol. 528. & seqq. Et Arius Pinelus in commen. ad l. 2. D. de rescin. vend. part. 2. Rub. num. 28. & seqq. affirmant, mercedem non solum in numerata pecunia, sed etiam in alia quætitate, veluti mensura aut pondere consistere posse, idq; verius est, per l. si olei.
21. C. de locat. l. sed addes. 19. §. si dominus. l. si merces. 25. §. vis maior. D. d. t. l. si pascenda. 8. C. de pac. Non obstat. d. l. j. §. si quis seruum. 9. D. deposit. nec d. l. naturalis. s. §. at cum do. D. de præscri. verbis. licet enim pecuniæ mentionem faciant; inde tamen continuò non est inferendum, in pecunia dumtaxat numerata mercedem consistere debet. Nam pecuniæ verbum quandoque accipitur pro quacunque re. l. pecuniæ nomine. l. pecuniæ verbum. D. de verbor. signifi. Interdum pro re constante numero, pondere vel mensura, ut in mus tuo. l. 2. §. j. iuncto. §. creditum. vers. ite mutuum. D. de reb. credi. & in cōstituto, tot. titu, D. de constitut. pecu. Interdum



dum verò pro numerata pecunia, vt in
cōtractu emptionis & venditionis. Cū
igitur merces consistere debeat in quā-
titate, hoc est, pōdere, numero, vel mē-
sura, vt dictum est, pecuniæ verbum in
adductis legibus accipiendum erit non
tantū pro ea pecunia, quæ numero, sed
etiam, quæ pondere vel mensura con-
stat, sed de hac quæstione plura vidētur
apud insignem virum Arium Pinel. su-
pra dict. loc. vbi doctè & acuratè cōmu-
nem sententiam prolixâ oratione refel-
lit. Denique ad iicio in definitione, *Illi*
cōconstituta. Cūm enim in futurum con-
trahentium arbitrium merces conser-
tur, non est locatio, sed cōtractus inno-
minatus, vnde præscriptis verbis actio
nascitur. Tit. Instit. de locat. & conduct.
in princ. ibi, *nulla statim mercede constitu-*
ta. & l. si tibi. 22. D. de præscrip. verb. Di-
citur actio præscriptis verbis, quod de-
mōstrat rem gestam verbis præscriptis.
l. cum mota. 6. C. de transact. Hinc l. C.
in l. j. §. si q̄s seruum. D. deposit. de actio-
ne præscriptis verbis loquēs, sequimur.
inquit, quod habuimus præscriptum,

k



146 CAPVT IV. QVI MODI IN
Exposito quid sit locatio & conductio,
dicendū etiam est. quis sit locator, quis
item conductor. Nec enim de eo inter-
omnes conuenit. Sunt qui locatorem
esse definiāt, qui mercedem accipit, cō-
ductorem, qui dat mercedem. Sed hæc
definitio non est perpetua. Ecce enim
qui vinum de campania transportandū
alicui dat, locat: qui transportandum
suscepit, conducit. l. videamus. 11. §. qui
vinū. D. locati. Is tamen mercedē dat,
hic accipit. Itē q̄ nauiculario onus Min-
turnas vehendum dat, locat: nauicula-
rius cōducit. l. iiē quæritur. 13. §. j. D. d.
i. Is tamē mercedē dat, hic accipit mer-
cedem. Item qui seruum docendū ma-
gistro dat, locat: magister conducit. d. l.
item quæritur. 13. §. si quis seruum. D.
d. tit, Is tamen mercedem dat: hic acci-
pit eam. Plura exempla, quibus loca-
tor mercedem dat, conductor accipit
mercedem, extāt in dictis. 13. §. item lu-
lianus. & §§. sequen. l. item si pretio. 22.
§. cum insulam. l. opus. 36. & l. sequen. l.
ea lege. 51. §. locaui. l. Martius. 59. l. cum
in plures. 60. §. vestimenta. & §§. sequ.
D. locati.



D.locati.l.si hi.14.C.codem. Reiecta i-
taque supra allata vulgari definitione,
Cuiaciuslib.2.obseruat.ca.28.& in Pa-
ratit.C.tit.de locat.& in notis ad Insti-
tut.de locat.& conduct. ita locatorem
& conductorem definit.*Locator, inquit,*
est, qui dat vtendum vel faciendum ali-
quid, qui accipit, conductor. Verū nec
hæc definitio satis accurata est, licet **Cu**
iacius multis exemplis eam probare co-
netur. Nam artifex dicitur operas suas
locare, cui eç præstantur, dicitur ope-
ras artificis conducere. l.sed addes. 19.
§.cum quidam exceptor.l, item si.22.
§.cùm insulam. l.si in lege. 24.in prin.
l.in operis. 26.l. qui operas.38.D.lo-
cati.l.si hi. 22. C.dic. tit. cum tamen is
suscipiat quid faciendum, hic det arti-
fici faciendum. Et licet artifex videa-
tur dare vtendum, quippe cùm con-
cedat operam suam: tamen cùm alter
nihilominus det faciendum, atq; ita se-
cundum hanc definitionem vterq; di-
cendus sit locator, quod vel ipso **Cuia-**
cio assertore admittendū non est, cùm
vni ex locato dumtaxat, alteri ex con-



148 CAPVT IV. QVI MODI IN
ducto tantum actio competit, non v.
triq; ex locato, & vtriq; ex conducto, ex
codem locationis & cōductionis con-
tractu, ut idem etiam Cuiacius d.libr.
2.cap.28. velle videtur, & facit. l.3. §.j.D.
Naut. caup. stab. Item d.l. videamus. ii.
§.pen. & d.l. item quæritur. 13. §.j. & §§.
aliquot seqq. D.locat. & plurimum e-
tiam. l. & hæc distinctio. 35. §. cum fun-
dum. D.d.t. sequitur sanè definitionē
Cuiaci satis accuratam non esse. Puta-
rem itaq; locatorem & conductorem
accuratius definiri posse in hunc mo-
dum: Locator est, qui definita merce-
de, vel rem vtendam alicui cōcedit, vel
in operis præstandis se alicui offert. Cō-
ductor verò est, qui definita mercede,
vel rem vtendam ab aliquo accipit, vel
in operis præstandis placitum offeren-
tis fuscipit. Ad hanc definitionem in-
telligendam duo notanda sunt. Prius
est, quod in locationem & conductio-
nem, vel res vtenda deducitur, vel ope-
ræ præstandæ. Posterior est, quod, si res
vtenda in hunc contractum fuerit de-
ducta, locator sit, qui dat vtendum: cō-
ductor.

ductor, qui accipit vtendum. Quod si
verò de operis præstandis hic contra-
ctus celebratus dicatur, locator sit, qui
primùm se obtulit. Cōductor verò qui
offerentis placitum suscipit, siue alteri
præstet operas, siue ab altero sibi præ-
stentur operæ. Atq; hæc est sententia
Jacob. Cuiac. d. lib. 2. obseruat. cap. 28.
vt exempla ab eo ibidem adducta osten-
dant, licet ipsa definitio per omnia nō
sit proba. Et quod in locatione opera-
rum semper causam det contractus, h.
est, semper se primūm offerat locator,
præter iuris textus significat etiam in-
scriptio & conceptio. tit. D.C. & Instit.
vbi de locatione & cōductione agitur;
& locati & locationis nomina præpo-
nuntur: conducti verò & conductionis
postponuntur. Sed cùm ex l. Item si pre-
cio. 22. §. j. D. d. t. dicendum videatur,
in operarum locatione vtrumq; con-
trahentem & locatorem & conducto-
rem dici posse, quod & Thomas Linius
sentit ad tit. Instit. de locat. & conduct.
Cōsideret quisque num satis fieri pos-
sit isti legi ex l. veteres. 19. & l. sequenti.



150 CAPVT IV. QVI MODI IN
D.de act.emp.vbi tradit Gaius, veteres
promiscuè vlos suisse locationis & con-
ductionis, item emptionis & venditio-
nis appellationibus. Sequitur de loca-
tionis & cōductionis conditione natu-
rali. Naturalis conditio huius contra-
ctus est, quod recipit nō solum dolum,
sed etiam culpam leuem.h.l.n.l, si quis.
9. §. Celsus etiā. l. videamus. II. in prin-
cip.l. si merces. 25. §. culpæ autem.l. cū
in plures. 60. §. seruum. D.locati.Ratio
est, quia in hoc cōtractu vtriusque uti-
litas vertitur.l. si vt certo. 5. §. nunc vi-
dendum. vers.sed vbi vtriusque. D. cō-
modat. Si itaque fornacarius seruus cō-
ductoris ad fornacem obdormiisset,
& domus fuerit exusta, actione locati
tenebitur conductor, si negligens in eli-
gendifis ministris fuit.l. si seruus. 27. §. si
fornacarius. 5. D.ad legē Aquilam. Si
militer si quis dolia viriosa ignarus lo-
cauerit, deinde vinum effluxerit, tene-
bitur in id, quod interest: nec ignoran-
tia eius erit excusata.l. sed addes. 19. §. i.
D.locati. Non autem recipit hic contra-
ctus culpam leuissimam. Est enim, vt di-
xi, ex



xi, ex eo genere cōtractuum, in quibus
 vtriusque commodum vertitur, ideoq;
 sufficit, si leuis dūtaxat culpa in eo præ-
 stetur. d. l. si vt certo. s. §. nunc videndū.
D. commodati. Nō obstat. l. si merces.
 25. §. qui columnā. **D.** locati. Vbi Gaius
 l. C. docet, conductorem culpa vacare,
 si fecerit omnia, quæ diligētissimus qf-
 que obseruaturus fuisse. Nō obstat, in-
 quam. Ibi enim superlatiuus *Diligentissi-*
mus usurpatur pro positivo *Diligens*, vt
 ibidē gl. monet, & sequitur Petr. Faber
 hīc. Similiter & in §. qui pro vsu. Instit.
 titul. de locat. & conduct. Superlatiuus
Diligentissimus ponitur pro positivo *Di-*
ligens, vt ibidem etiam gloss. docet, &
 sequitur Thomas Linus & Wefem-
 bec. ibid. Verba enim secundū subiectā
 materiā accipiēda sunt. In locatione au-
 tem & conductione cum vtriusque vti-
 litas versetur, culpa dum taxat leuis in
 ea præstatur. d. l. si vt certo. §. nunc vi-
 dendum. **D.** commodat. Proindeq; di-
 gitis locis superlatiuus positus est p po-
 sitivo. Neq; illud mirum videri debet,
 cūm vice versa, positiuus ponatur pro



252 CAPVT IV. QVI MODI IN
Superlatiuo, vt in l.heredis. §. non tan-
tum. D.famil.ercis. & in d.l.si vt certo.
§.custodiam.D.commodati, & in l.in
re mandata,vbi Ioann. & Bulg.C.Man-
dati. Sunt qui aliter respondent ad l.si
merces. 25. §.qui columnam.D.locati.
Martinus existimat.d. §.qui columnā
simpliciter loqui de rebus frangibili-
bus,id est,quæ facilē frangi possunt,&
ob id exactiss.diligentiam eas postula-
re. Et hanc sententiam probat Alciat.
in l.magna negligentia.D.de verb.sig.
Item Casp.Caballinus in tractatu de eo
quod interest, fol. 260.num. 182. Item
Thom.Lin.& alij.Instit.tit.de locat.&
conduct.ad d. §.qui pro vsu. Verū ea
sententia tolerāda non est. Licet enim
I.C.Gaius d. §.qui columnā , primū
loquatur de columna transportanda:
deinde etiam de doliiſ & tigno : tamen
postea ait,idem etiā ad cæteras res trās-
ferri debere. Non itaq; quod ibi de di-
ligentissimo dicitur,dū taxat exaudien-
dum est de eo conductore,qui res fran-
gibiles transportandas conduxit. Iusti-
nianus quoq; in d. §.qui pro vsu Instit.
de loca



de locat. & conduct. eiusmodi utitur exemplis, de quibus dici non potest, quod sint de rebus frangibilibus, quæ singularem & maximam præ cæteris diligentiam requirant. Hottomanus autem in d. §. qui pro vsu. Instit. de locat. & conduc. distinguit inter locationem rei & locationem operis: Illam leuem tantum, hanc verò etiam leuissimam recipere culpam tradit, & de hac loqui. d.l. si merces. §. qui columnam. D. locati. Sed nec hæc sententia ferenda est. Nā Justinianus Imp. in d. §. qui pro vsu. Instit. de locat. & conduct. licet agat de locatione rei non operis locatione, tamē docet à cōductore talem desiderari custodiā, qualem diligentissimus patr̄fam. suis rebus adhibet. Licet etiam in l. 3. §. j. D. Naut. caup. stab. l. C. Vlp. agat de operis locatione, nihilominus tamen docet in locato & conducto culpam præstari leuem. Simpliciter enim culpæ meminit, quare per eam leuem dum taxat culpam intelligit. Idem fit in d.l. idem quæritur. §. j. D. locati. & similibus iuris textib.



154 CAPVT IV. QVI MÖDI IN

10 Locato subiicit hic l. C dotis da-
tionem *Dotis dato est* contractus re con-
stitutus, quo maritus ad dotem acce-
ptam soluto matrimonio restituēdam
obligatur. Dico *Contractus*. Nam dotis
datio inter cōtractus numeratur. h.l.n.
& l. exigere. 65. D. de iudic. l. si ut certo.
g. §. nunc videndum. D. commod l.j. D.
de iure dot. Dico. *Re constitutus*. Nā nisi
corporaliter dotem tradiderit mulier,
non obligatur de ea maritus ex sola cō-
ventione, vel nudis instrumētis. l.j. C.
de donation. ante nupt. & l si quis post-
hac. 9. in prin. C. de bon. proscrip. l.j. &
g. C. de dot. caut. non num. ipsi tamen
marito cōstituitur obligatio ad peten-
dam dotem non tantum stipulatione,
sed etiā nuda pactione & pollicitatio-
ne. l. 4. l. pen. C. de dot. promit. l.j. §. pe-
nul. D. de col. dot. sublata dictione do-
tis, quæ olim fiebat solennibus verbis,
veluti mille doti tibi erunt, aut: *Quod*
mihi debes, doti tibi erit. Vide Vlpian.
in fragmen. titul. 6. de dotibus. Maritus
autem in dote prästat non solum dolū,
sed etiam culpam leuem. h.l.n.l. etiam
filios.

CONTR. & Q. CONTR. &c. 155
filios. 18. §. j. l. si filio tam il. 25. §. maritū.
D. solut. matrimon. l. in rebus. 17. D. de
iure dot. Nam hic contractus & mariti
& vxoris gratia celebratur. d. l. si vt cer-
to. 5. §. nunc videndum. D. commoda.
Si itaque dolo aut culpa mariti res do-
tales pereant, vel deteriores reddan-
tur, tenebitur eo nomine maritus, licet
paetus sit, vt dolum solummodo non
etiam culpā præstaret. l. 6. D. de pactis
dotalib. & dicam intra cap. vlt. Cùm ta-
men queritur in iudicio de dote, an fa-
cere possit maritus: dolus dumtaxat cō-
prehenditur. d. l. etiam filios. 18. §. j. D.
solut. matrim. De culpa autem leuissi-
ma non tenetur maritus. Nam, vt dixi,
vtriusq; gratia hic contractus habetur:
& nusquā traditur, leuissimam culpam
præstare maritum in dote. Sed obstat d.
l. in rebus. 17. In princip. D. de iure dot.
vbi Iurisconsul. Paulus primū docet,
in rebus dotalibus virum præstare tam
dolum quam culpam. Deinde subiicit,
eum etiam diligentiam præstate. Vnde
dicendum videtur, Iurisconsultum per
culpam significare leuem culpam: per



256 CAPVT IV. QVI MODI IN
diligentiam verò exactissimam diligē-
tiam, atque ita ex cōtrario leuissimam
culpam, vt in l. si ut certo. 5. §. nunc vidē-
dum. vers. cōmodatum. ibi, *Culpam pre-
stādam & diligentiam.* D. commoda. &
in l. qui iniuriæ. 53. §. qui in alienis. vers.
eadem sunt in eo. D. de furt. & in h. l. n.
ibi, *In his quidam & diligentiam.* Verum
sciendum est in d. l. in rebus. 17. D. de iu-
re dot. pro *Sedetiam*, legendum esse, *Sed
eam*, vt monet Petr. Fab. hīc. In eadem
etiam lege obseruādum est, illa verba,
*Diligentiam prestabit, quam in suis rebus
adhibet, non esse accipienda, vt in depo-
sito.* Alias inde sequeretur, de dolo sal-
tem non etiam de culpa leui maritū te-
neri. l. quod Nerua. 32. D. depositi. Cū
autem dolum & culpam in dote præ-
stet maritus, nō is dominus erit rei do-
talis, sed vxor eius domina erit dicen-
da. Idque etiam non paucis aliis argu-
mentis & iuris textibus ostendi potest.
Nam dos mulieris esse dicitur in l. quā-
uis. 75. D. de iure dot. l. fructus. 7. §. si
fundum viro. l. si constante. 24. §. si ma-
ritus. D. soluto matrimonio. l. pater fi-
liae.



lia. 71. D. de euiction. Dicitur etiam de-
beri mulieri etiam constante matrimo-
nio. I. seruum dotalium. 21. D. de manu-
missio. Dicitur etiam esse in bonis uxo-
ris. I. 4. D. de collation. honor. Dicitur
uxoris proprium esse patrimonium. I.
3. §. ergo etiam. D. de minoribus. I. vni-
ca. §. & hoc ex rei uxoriæ. C. de rei uxor-
actio. I. pater filiam. 14. in principio. D.
ad legem Falcidiā. Itē vxor de dote rei
vindicatione experiri potest. I. 3. C. de
rei vindicatione. Quæ nulli alij quām
domino datur. I. Quintus. 27. §. cui le-
gatum. D. de auro & argent. legato. I. in
rem. 24. in prin. & tot. titu. D. & C. de
rei vindic. Dos quoq; dicitur esse natu-
raliter in dominio uxoris etiam cōstā-
te matrimonio. I. in rebus. 30. C. de iur.
dot. Item quod dos sit uxoris, non ma-
riti, ex eo quoq; intelligitur, quod ma-
ritus in dote saltē habet ius vtēdi, fruē-
di, ppter onera matrimonij. I. dotis fru-
etuum. 7. D. de iure dot. cum similibus.
Et qui ius vtēdi fruendi habet, non est
dominus, sed vtitur re aliena. Instit. de
usufructu, in prin. Deniq; Paulus I.C.



158 CAPVT IV. QVI MODI IN
dicit, maritum eam præstare diligen-
tiam in dote, quam in rebus suis exhi-
bet, in l. in rebus. 17. in prin. D. de iur.
dot. Separat ergo Paulus dotem à re-
bus mariti, & eam vxoris esse affirmat.
Verius tamen est, maritū esse verè do-
minum rerum dotalium, non vxorem.
Præterquam enim, quod maritus dici-
tur dominus dotis. Instit. ti. Quib. alie-
lic. vel non, in prin. Et dominium dotis
dicitur esse mariti. dic. l. quamuis. 75. in
prin. D. de iur. dot. Et dotis dominium
dicitur transferri ad maritum. l. si ego.
9. §. si res. D. d. t. Et prædium dotale di-
citur esse mariti. l. si prædium. 23. C. de
iur. dot. Item fundus dotalis dicitur
trāsire ad heredem mariti eo mortuo,
heredemq; eius effici dominum dotis.
l. quædam. 62. D. de acquir. rer. domin.
licet nec is eam alienare possit. l. j. in fi.
D. de fund. dotal. Aliis etiam validiori-
bus rationibus & argumentis ostendi
potest, hanc sententiam verissimā esse,
quorū primum, hoc est. Dos data ma-
rito ante nuptias, non secutis nuptiis
cōdictione ab eo repetitur. l. dotis fru-
ctum.



Etum. 7. §. fin. D de iur. dot. Ergò maritus dotis traditione verus dominus fuit effectus, & ad eum dotis dominium vere vxor transtulit. Aliás enim non conditione, sed rei vindicatione mulier dotem repeteret à marito, non secutis nuptiis; siquidem dominus rem suam non condicat, sed vindicet. §. sicutaque discretis. Instit. de actio. Secundò, traditio rei dotis causa à domino facta verum transfert dominium. §. per traditionem, versi sed siquidem. Institu. de rerum diuis. l. 3. §. 1. D. de public. in rem act. Ergò per dotis traditionem maritus verè acquirit dominium. Tertiò, Rei vindicatione vtitur, qui verè dominus est. l. Quintus. 27. §. cui legatum. D. de auro & argento lega. l. in rem. 24. in prin. & tot. tit. D. & C. de rei vindic. At maritus de re dotali amissa repetenda à possessore vtitur rei vindicatione. l. de his. 11. C de iure dot. Ergò maritus verè est dominus rei dotalis. Quartò, Cui competit publiciana in rem actio, verè esset dominus, & haberet rei vindicationem, si à domino rem acceperit,

Mijob

CAPVT IV. QVI MODI IN
domini transferendi causa.l.i.& tot.
tit.D.de public.in rem actio.Sed mari-
to competit publiciana in rem actio, si
dotis nomine ab vxore alienā rem bo-
na fide acceperit.d.l.3.§.j.D.d.t. Ergò
maritus verè efficitur dominus dotis
traditæ ab uxore domina.Quintò, Qui
indiget vscapione ad aquirendum do-
minium rei à non domino bona fide ac-
ceptæ, is dominus effectus fuisset facta
traditione à verò domino dominij trās-
ferendi causa. Nam venditor si domi-
nus sit mercis, facit & emptorem do-
minum.l.ex empto. ii.§. & imprimis.
D.de actio.empt. Si non fuerit domi-
nus, ad mercis acquirendū dominium
emotor indiget vscapione.tot.tit.D.
pro emptore.l.j.D.pro suo, cum simi-
libus innumeris locis. Sed maritus in-
diget vscapione ad aquirendum do-
minium rei in dotem à non domino
bona fide acceptæ.l.j.& vlt.D. pro do-
te. Ergò maritus verè dominus effici-
tur dotis traditæ ab uxore domina. De-
nique solus dominus serui manumit-
tedi potestatem habet, & si ab alio quā
domi



domino suo manumittatur seruus, nō
efficitur liber. l.j.in prin. & in fin. C.de
manumis. Et hoc omni dubio caret.
Maritus autem potestatem habet ma-
numittendi servi dotalis, si fuerit sol-
uendo. l.seruum dotalem. 21. D. de ma-
numissio: Ergo maritus verus est domi-
nus, vt servi, sic & alterius rei dotalis.
Hę sanè rationes omnes efficiunt ne
quisquam negare possit, maritum verè
dominum esse rei dotalis. Prospicien-
dum itaq; nobis est de modo & ratione
in concordiam reducendi contrarios
textus supra adductos. Et generaliter
hic sciendum est, quod licet maritus sit
dominus dotis, certis tamen casibus eū
desinere ipso iure dominum esse, vt di-
ci quidem possit verè dominus, sed nō
perfectè, h.e.in commutabiliter dotis
dominium habere, secundum. l. omnes
actiones. 139. §. j. D. de re.iur. ibi Gaius
l.C. non videtur, inquit, perfectè cuiusq;
id esse, quod ex casu auferri potest. Ca-
sus autem, quibus desinit maritus esse
dotis dominus, & eius domina consti-
tuitur vxor, hi sunt. Si fundum dota-

CAPVT IV. QVI MODI IN
Iem alienet, ea alienatio nulla est, ipso
iure. Instit. tit. Quib. alien. lic. vel non.
Et vxor ut domina fundi reivindicatio-
ne repetit eum. l. 3. C. de rei vindic. De-
inde si quamcunque rem aliam dotalē
quouis modo etiam oppignorando a-
lienet maritus non soluendo existens,
ipso iure dominium eius rei ad uxorem
redit, vt ea rē à marito alienatā rei vin-
dicatione, vel hypothecaria actione re-
petere possit. l. vbi adhuc. 26. C. de iure
dot. l. seruum. 21. D. de manumissio. l. si
constante. 24. in princ. D. soluto matri-
monio. d. l. in rebus. C. de iure dot. De-
niq; matrimonio soluto, veluti diuor-
tio facto, etiam ipso iure dominium do-
tis ad mulierem recidit, vt eam saluam
& integrā à marito vel ab alio posse-
fere possit reuocare tanquam vera do-
mina, vel rei vindicatione vel hypothe-
caria actione, vel actione ex stipulatu-
toto tit. D. solut. matrim. quēadmodū
dos pet. & d. l. in rebus. C. de iure dot. &
& l. vnic. C. de rei ux. actio. quēadmo-
dū diruto ædificio ex aliena materia ex-
structo, materiæ dominium ipso iure ad
dominum



dominum pristinum reuertitur, vt is vindicare cā possit; quod facere prohibetur durante ædificio. siquidē eius tādiu dominus is est; cuius & solum esse dicitur. l. adeò. 7. §. cùm in suo. D. de acquir. rer. domi. §. cùm in suo. Institu. de rer. diuis. l. 2. C. de ser. & aqua. l. 2. C. de rei vindica. Horum casuum respectu vox rerum dotaliū domina dici potest, & quidem verè siue naturaliter, maritus autem (qui aliàs extra illos casus verè & etira iuris fictionem & subtilitatē dotis dominus est. d. l. in rebus. 30. C. de iure dot.) fictione siue subtilitate iuris, vt allegato loco Iustinianus loquitur. Et nisi hæc esset mens dictæ l. in rebus, 30. C. de iure dot. manifesto falsa appareret. Loquitur enim de omni dote, etiam æstimata, item in pondere, numero vel mensura constante, cùm tamen certissimū & omni remota dubitatio ne verissimum sit, rei dotalis æstimatae, item pondere, numero vel mensura cōstantis, dominium trāsire ad maritum, in tantum, vt eius rei periculum sustinet, & soluto matrimonio, non candē



164 CAPVT IV. QVI MODI IN.

rem, sed vel eius premium, vel eiusdem generis & qualitatis rem restituat. I. plementumque. 10. I. si rem. 14. & legibus seqq. I. res in dotē datæ. 42. I. cùm per diuor- tium. 69. §. in dotem rebus. D. de iur. dot. I. quotiens. 5. I. cùm dotem. 10. I. si inter. 21. C. d. t. De hac quæstione quæ sit Arij Pinel. opinio vide in commen- tariis ipsius ad C. titu. de bon. mater. in I. j. part. 3. num. 12. & seqq. Et præsertim nu. 15. Quæ Cuiacij. vide lib. 10. obseru. cap. 32. Quæ Ioā. Roberti Aurel. vide lib. 3. senten. iur. cap. 18. Et tantum de dotis datione.

II. Dotis dationem sequitur hic tu- telā. Tutela siue tutelæ administratio non est verus contractus, sed quasi con- tractus. §. Tutores quoque. Instit. titu. de obligat. quæ quasi ex contract. nasc. Quare per contractus nomen, in prin. huius legis significantur etiam quasi contractus. Recipit autem tutela do- lum, latam & leuem culpam. I. 4. I. quic- quid. 7. C. arbit. tutel. I. j. in princip. I. cum tutor. §. vltim. D. de tutel. & ra- tio. distrahen. I. si sine. §. primo. D. de admi-



administ.tutor.l. si tutoris.l. si liberti.
C.d.t. Eadem enim diligentia à tutoribus circa administrationem rerum pupillarium præstanda est, quam paterfam. rebus suis ex bona fide præbere solet, l. à tutoribus. 33. **D.** de administra-
 tutorum , dicit.l.j. **D.** de tutel. & ra-
 tio.distrahens. Non est igitur audiendus tutor, cùm dicat idèo cessare pupil-
 larem pecuniam , quòd idonea no-
 mina non inuenierit, si arguatur eo tem-
 pore suam pecuniam benè collocasse.
l.tutor.13. §.j. **D.** de administrat. & peri-
 cu.tutor. De leuissima autem culpa tu-
 tor non tenetur, licet Constant. Har-
 menop.libr.6. Epitom.ritu.2.id velit.
 Nulla enim lex apertè leuissimam cul-
 pam à tutore exigit. Quod in 1.4.C.
 de peric.tutor.dicirur, à tutore fortui-
 tos casus non præstari, inde frustrà quis
 elicit , tutorem omnem præstare cul-
 pam. Nam Imp. Consulti à C. Flo-
 ro, an tutores & curatores teneantur
 de casu fortuito, rescribunt ea lege, Tu-
 toribus & curatorib.fortuitos casus, ad
 uersus quos caueri nō potuit, imputari



110 CAPVT IV. QVI MODI IN
non oportere. Quare ea lex non ita in-
telligenda est, quasi ideo remouere à
tutoribus & curatoribus fatalis damni
præstationem velint Impp. vt ostendant,
eos de leuissima culpa teneri: Si-
quidem, vt dixi, Saltem rescribant ad
qæstionem de fortuitis casibus præ-
standis emissam à C. Floro. Sic pleræque
leges C. non omnes, sunt Impera-
torum rescripta ex huiusmodi qæstio-
nibus nata: quibus vel ad priuatorum
hominum, vel ad iudicium qæstiones
& consultationes rescribunt ex arte iu-
ris, quæ in Pandect. libris, item in Insti-
tut. & multis legibus. C: proponitur &
explicatur. Quod diligenter notan-
dum esse autumno propter textuū spe-
ciem contrarietatis habentium concili-
ationem. Docui supra cap. j. pacti ap-
pellatione contractus non contineri.
Sed obstat videtur l. traditionib. 20.
C. de pact. Ibi Diocl. & Maximia Impp.
dicunt ex pactis nudis non transferri
rerum dominia: vbi appellazione pacti
etiam contractus videntur significari,
siquidem cōtractibus rerum dominia
non

non transferantur. l. obligationum. 3.
in prin. D. de obligat. & actio. At scien-
dum est, quod prædicti Impp. ea lege
respondentes tantum ad quæstionem
Martialis de pacti vi & potestate, An sci-
licet nudo pacto rerum dominia trans-
ferantur, rescribant, Traditionibus &
vñcupationibus dominia rerum trans-
ferri non nudis pactis.

12 *Succedunt negotia gesta.* Nego-
ciorum gestio est quasi cōtractus alte-
rius non mandantis negotia gerendi.
Dico, *quasi contractus*, ex collatione. §.
1. & princ. tit. Instit. de oblig. quæ quasi
ex cōtract. nasc. & l. i. D. de oblig. & act.
Aliquando tamen abusiū simpliciter
contractus dicitur, ut in l. sed & cùm a-
liquis. 16. D. de neg. gest. dico, *Alterius*
non mandantis negotia gerendi. Si quis e-
nim alterius negotia gesserit ex man-
datu ipsius, mandatum erit, atque
ita verus contractus: sed si gesserit sine
mandatu, negotiorum gestio erit, at-
que ita quasi contractus. l. si. quis ab-
sentis. s. in D. de obligat. & actio. Malo
autē dicere, *non mādantis* quām *absentis*.



268 CAPVT IV. QVI MODI IN
Est enim negotiorum gestio, licet præ-
sentis sine mandatu negotia quis gess-
erit. veluti cum curator adolescentis præ-
sentis negotia administrat. l. 3. §. & si fu-
riosi. D. de nego. gest. l. 6. l. curatoris. C.
d. tit. vel, cum quis ut tutor vel curator,
cum tamen tutor vel curator non sit,
pupilli vel adolescentis negotia gerit.
l. 4. C. qui dare tutor. vel curator. poss.
Paul. libr. j. Sentent. titu. 4. in fin. vbi
Jacob. Cuiac, vel cum mater repetendi
animo liberis suis alimenta præstat. l.
alimenta ii. C. de neg. gest. vel cum vi-
tricus priuignas suas præsentes alit,
seu pro his mercedes magistris expen-
dit. l. si paterno. 15. C. dicto titulo. De-
inde etiam dicere malo, *Alterius non
mandantis quam Sine alterius mandato.*
Nam fieri potest, ut quis ex manda-
to alicuius, non tamen domini, sed
alterius gerat negotia, & sit nihilo-
minus negotiorum gestio, & nego-
ciorum gestorum actio locum habe-
at. Nam qui pupillæ negotia tuto-
ris mandato suscipit, negotiorum ge-
storum actione pupillæ tenetur. l. 4.
C.



C. de nego. gest. Et licet curatores ex mandato Magistratus negotia adolescentum administrent; tamen negotiorum gestorum iudicio utili adolescentibus tenentur. dict. l. Curatoris. 17. C. dict. titul. quò pertinet etiam. l. 3. . hac actione. D. de negot. gest. Negotiorum itaque gestio est , si administrentur bona alicuius sine ipsius mandato. Non obstat.l. si negocium. 18. C. de nego. gest. Ibi enim his verbis , *Si negocium sororis tua gerens, &c.* respondent verba hæc , *Negotiorum gestorum actione* : verbis vero illis, *vel mandante ea, vel rogante* , respondent verba hæc , *vel Mandati.* Secundò non obstat.l. negocium. 12. C. dict. titu. vbi Impp. significare videntur , negotiorum gestionem esse, licet mandatu domini negotia eius quis gerat. Non obstat , inquam, Est enim secundum gloss. intelligenda de casu , quo dominus egit cum aliquo de casibus fortuitis præstandis , si forte is aliquando sine mandatu negotia administranda suscepit , vel potius



170 CAPUT IV. Q. VI MODI IN
intelligenda est de casu, quo non domi-
nus, sed alius aliquis domini negotia a-
licui committit. de quo in d.l. 4. D. de
negociis gestis. Denique non obstat.
ac quin. 19. §. 2. D. dict. titu. Ibi enim do-
minus libero homini, ut seruo suo ma-
data dedit, perinde itaque est, ac si non
mandasset. Nam liber homo & seruus
contraria sunt, & è diametro inuicem
opponuntur, ita, ut qui libero homini
putas eum seruum esse, mandatum de-
derit, nō videatur mandasse. Porrò ne-
gociorum gestionis conditio naturalis
est, quod recipit non solum dolum, sed
etiam culpam leuem. h.l. n.l. si nego-
cia. II. D. de negociis gestis. l.tutori. C.
dict. titu. Idque regulariter & plerum-
que fit. Interdum tamen de dolo dum
taxat gestor tenetur, veluti si affectione
coactus, ne mea bona distraherentur,
negociis se meis obtulerit. l.s. §. inter-
dum. D. dict. titul. Interdum non tan-
tum dolum & leuem culpam præstat
gestor, sed etiam leuissimam, ut si alius
diligentior administratus esset ne-
gotia. §. igitur. Institut. titul. de obli-
gatio



CONTR. & Q. CONTR. &c. 171
gationib. quæ quali ex contractu nasc.
Interdum etiam præter dolum & om-
nem culpam, casum quoque præstat,
ut cùm nouum negotium, quod nō sit
solitus facere dominus, gestore eius no-
mine gerat. I. si negotia. II. D. de nego-
ciis gestis. aliás regulariter casum for-
tuitum præstare gestor non tenetur.
hac l.n. & l.negocium. 22. C. dicto ti-
tulo.

13. *Sequitur de societate.* Societas est
contractus consensu initus de rebus &
operis honestis in quæstum commu-
nicandis. Dico *Contractus consensu ini-
tus.* Est enim societas ex eo genere con-
tractuum, qui solo consensu perficiun-
tur. Titu. Instit. de obligation. ex con-
sensu. Dico *de rebus & operis commu-
nicandis.* Nam & res & operæ in socie-
tatem conferuntur. §. de illa. Institut.
titul. de societate. I. si non fuerint. 19.
D pro socio. Caius in fragmen. libro
secundo titul. de obligationibus. Dico
honestis. Nam rerum in honestarum nul-
la est societas. I. nec prætermittendum.
57. D p socio. Dico postremo *in questi*



272 CAPUT IV. QVI MODI IN
communicandis.argumento.l. coiri.7.&
l.sequ.D.pro socio. Societatis autem
conditio naturalis est, quod recipit præ
ter dolum & latam culpam, etiam cul
pam leuem.h.l.n.§.vlt.Institu.titul.de
societa.l.socius socio.72.D.pro socio.
Sed effici posse videtur, dolum dumta
xat & latam culpam, non etiam culpam
leuem prestatre socium socio, hoc argu
mento. Quicunque eandem diligentia
alienis rebus debet, quam debet pro
priis, nec tamen in alienis eam præstat,
dolosè agit. Et latam committit culpā.
l.quod Nerua.32.D.deposit.Sed socius
communibus rebus talem diligentiam
adhibere tenetur, qualē suis rebus ad
hibere solet.d.§.vlti.Institu.titu.de so
ciet.&d.l.socius socio.72.D.pro socio.
Socius itaque si eam diligentiam com
munibus non adhibeat rebus, dolosè
agit. Et per consequens socius socio tes
netur dumtaxat de dolo & lata culpa,
non etiam de leui culpa. Sed respondē
dum est ad Maiorem hoc modo. Maior
vera est in rebus omnino alienis, vt re
bus depositis, non etiam in rebus com
muni-

munibus. Est enim maior fundata in d.
I. quod Nerua. D. depositi. cui consonat
I. mulier. 22. §. sed enim. D. ad Senatus-
consultum Trebel. Et verba secundum
subiectam materiam sunt intelligēda.
Depositarius itaque si rebus alienis mi-
norem adhibeat diligentiam quam suis
rebus, dolo siue fraude non caret. At so-
cius si communibus rebus minorem
adhibeat diligentiam, dolo quidem &
lata culpa careret, culpa leui non caret, ut
intelligitur ex d. §. vlti. Institut. titul. de
societa. & d. l. socius socio. D. pro socio.
Non enim potest videri aliquis dolosè
versari in rebus ad se pro parte pertinē-
tibus. Quod igitur lata culpa est in de-
posito, leuis est culpa in societate.

14 *Sequitur de rerum communione.*
Rerum communio est quasi cōtractus.
quo proprio quodam iure absque con-
ventione inuicem obligātur illi, quo-
rum res quædam communes sunt, ad
eas diuidendas & personales præstatio-
nes inferēdas. §. itē si inter aliquos, & §.
sequen. Institut. titul. de obligatio, quæ
quasi ex contractu nasc. I. j. l. 3. & tot. tit.

174 CAPUT IV. QVI MODI IN
D. commun. diuidun. & toto titu. D. &
C. famil. erciscund. Ex hoc quasi con-
tractu nascitur vel familiæ erciscundæ
actio, si hereditas inter aliquos sit com-
munis, §. idem iuris est. Institut. de ob-
ligatio. quæ quasi ex contractu nasc. &
toto titul. D. & C. famil. erciscund. quæ
etiam directa est inter bonorum posses-
sores, ut appareat ex argumentatione lu-
ris consulti in l. 2. §. j. D. d. tit. licet com-
muniter Interpretes utilem non dire-
ctam inter eos dari velint: vel inde na-
scitur actio communi diuidundo, si a-
liæ res quam hereditariæ, inter aliquos
communes sint, puta, vel ex legato vel
donatione. dict. §. item si inter aliquos.
Institut. de obligationib. quæ quasi ex
contractu nasc. & toto titulo, D. & C.
commun. diuidund. vel etiam ex societ-
ate. l. 2. D. dict. titul. l. pro socio. 38. §. si-
nali. D. pro socio. Vnde obseruandum
est, si communio sit rerum ex societa-
te, locum habere, & actionem pro so-
cio, & actionem communii diuidundo.
Sed non cōtra. Non obstat, quod Iusti-
nianus Imp. in dicto §. item si interali-
quos.



quos. Institut.de obligationibus quæ
quasi ex contractu nasc. ait , si inter ali-
quos communis res sit sine societate;
Nam his verbis significat Instinianus
quo casu rerum communio sit quasi,
non & proprius & verus contractus:nō
etiam docet communi diuidendo a-
ctionem competere eo tantum casu,
quo sine societate res inter aliquos cō-
munes sunt. Nā vt toto illo tit. sic & h:
illo tractat dum taxat de obligatione ex
quasi cōtractu.& propter ea excluditib*i*
rerum communionē, quæ fit ex societā-
te, siquidem illa sit cōtractus, non qua-
si cōtractus. Porrò rerum communio-
nis adiunctum siue conditio naturalis
est, quod recipit dolum & leuem culpā.
h.l.n.l pen. §. vlt. C. commu. diuid.l. sū
is.20. D.eod.l.& puto.16. §. sed etsi do-
lo.l.heredes eius. 25. §. non tantum dolum.
D.famil.erciscund. Ethac tenus de
contractuum & quasi cōtractuum mo-
dis & conditionibus naturalibus, quæ
vel in dolo vel iu culpa consistunt, non
etiam in casu fortuito, vt hic in fine le-
gis l.C, docet. Aliquando tamen casus



176 CAPVT IV. QVI MODI IN
fortuitus præstatur in his contractibus.
Nam in commodato ad cōmodatariū
pertinet mortis damnum , etiam si for-
tuito acciderit, videlicet, si re commo-
data in aliam causam, vel alio modo, at
que accepit, vtatur. l.j. §. is verò. D. de
obligation. & actio l. si vt cerro. s. §. sed
interdum. D. commodati. Nam & hic
culpa eius interuenit. Cuiac. ad Paul. li.
bro 2. sent. tit. 4.

CAPVT QVINTVM.

DE PACTIS QVAE MO-
dorum, siue adiunctorum gratia
(de quibus capite tertio) in-
ter contrahentes
funt.

SUMMARIUM

¶ Pacta, qua conditionum siue modorum
gratia contractibus subjiciuntur, vel
adijciunt eos modos, vel eos detrahunt
illis.

Quomodo



- 2 Quomodo adiçiant ea pacta cōtractibus
conditiones sine modos.
- 3 Precario non adiçitur culpa vel casus for-
tuitus per pactum.
- 4 Pacta qua contractibus bona fidei adi-
ciunt conditiones sine modos, actori
prosunt ad actionem, si ab initio fuerint
subiecta.
- 5 Pacta bona fidei contractibus incontinen-
ti subiecta prosunt ad actionem ex ipsi-
dem contractibus, non actionem pre-
scriptis verbis pariunt.
- 6 Pacta stricti iuris contractibus etiam in-
continenti subiecta, non insunt ex par-
te actoris.
- 7 Pacta quomodo detrahant contractibus
conditiones sine modos: Et quos quibus
detrahant: quos item & quibus non.
- 8 Pacta que detrahunt contractibus bona fe-
dei suos modos, non actori sed reo pro-
sunt, vel ipso iure, si in continenti fuerint
subiecta, vel per exceptionem si ex in-
tervallo.
- 9 Pacta stricti iuris contractibus incontinen-
ti subiecta, no actori ad actionem, sed
revo ad exceptionem psunt etia ipso iure.



ACTA, quæ contractibus
subiiciuntur, vel eos omni-
nō mutant & tollūt, vel iis
quid adiiciunt, vel quid de-
trahunt iis. I. pacta. 72. D. de
contrahēn. empt. I. in conuentiōnibus.
52. D. de verbō. obligation. I. iurisgen-
tiūm. 7. §. adeo. & I. si vnuſ. 27. §. pactus
ne peteret. D. de pactis. Sic pacta, quæ
modorum, causarum & conditionum,
gratia, de quib⁹ suprā disservi. subii-
ciuntur contractibus, vel adiiciunt illis
eius modi conditiones, si eas sua indo-
le & natura non recipiant: vel illis na-
turales eas conditiones, ut & conuen-
tioneſales, detrahunt. Et hoc est, quod
hac lege iurisconsultus Vlpianus ait,
Sed hæc ita, nissi quid nominatum cōnenit,
vel plus vel minus in singulis contractibus.
Vtraque pacta tam detrahentia quām
adiacentia dicuntur legem dare contra-
ctibus, hac lege nostra, & dicta I. in con-
ventionalibus. 52. D. de verbōrum ob-
ligationibus, cum similibus.

2 Sed primū de iis pactis, quæ p̄tēt
naturales contractū cōditiones, aliās
insuper

CONTRACTIBVS ADIE.

275

Insuper quas naturaliter nō recipiunt,
illis adiiciunt: quæ pacta dicuntur for-
mare contractus. dict. l. iuris gentium.
7. §. quinimo. D. de pactis. Depositum
recipit naturaliter dolum & latam cul-
pam: leuem culpam & leuissimam sua
indole & natura non recipit, ut suprà di-
cum est. multò minus periculum siue
casum fortuitum. Pacto tamen hæc
omnia contrahentes illi adiicere pos-
sunt. l. prima. §. si conuenit. & §. sápè e-
uenit. D. depositi. l. iuris gentium. 7. §.
sed & si quis paciscatur. D. de pactis. Idē
seatiendum est & de aliis contractibus
hac lege enumaratis.

3. Precario tamen per pactum non
potest adiici culpa vel casus fortuitus.
Illiud enim neq; cōtractus est, neq; qua-
si contractus, vt supra ostendi, proin-
deque nec obligationem parit. l. inter-
dictum. 14. D. de precar. Vbi autem
obligatio non est, ibi nec pactum adiici
potest, quod obligationem & actionē
informet. Deficiēre enim subiecto, de-
ficit quoq; adiunctum. Præterea præ-
carium stricti iuris: Et proinde frustra

m 2

ipſi pactū culpa vel casus fortuitus adiicitur: quippe cum pactum stricto negotio adiectum non actori, sed reo proſit, ut in frā dicetur, nu. 6.

4 Porrò hæ conditiones, quæ per pacta adiiciuntur contractibus, actoris utilitatem concernunt, non ad rei comprehendium pertinent, siquidem illum ad plura obligent. Non tamē semper profundactori, h.e. non semper actor earū nomine rerum conuenire potest, sed tunc deum si initio contractū adiiciantur, ut h̄c dicitur, siue (quod idem est) ex continentia aut in cōtinente, aut in ingressu cōtractuum, ut dicitur in l. iuris gentium. 7. §. quinimò. D. de pact. & in l. bonæ fidei. C. d. t. siue (quod similiiter idem est) cūm inchoatur contractus, ut dicitur in l. nec ex prætorio. infra h. t. Si postea adiiciantur, siue ex interuallo, non prosunt. d. l. pacta. 72. D. de contrahen. empt. d. l. iurisgentium. 7. §. quinimò. D. de pact. d. l. in bonæ fidei. D. d. t. Nam ea dum taxat pacta insunt contractibus bonæ fidei, & formāt eorum obligationes & actiones, quæ ex continen-

CONTRACTIBVS ADIE.

continenti subiiciuntur contractibus,
non etiam, quæ postea siue ex intervallo
fiant, ut adductis legibus docetur.

5. Quia autem pacta, quæ contractibus bonæ fidei incontinenti subiiciuntur insunt contractibus, eorumque obligationes & actiones formant, nō aliā pariunt actionē, q̄ quæ nascitur ex contractibus iis, quibus subiiciuntur, quod etiam constat ex 1. Imperator. 16.
 D. de in diem adiecit. & l. 4. D. de lege commissor. l. si sterilis. 21. §. si tibi fundum. D. de action. empt. l. qui fundum. 75. D. de contrahend. emption. Olim quidem contentio fuit inter Proculianos & Sabinianos de hac quæstione, utrum ob pactum incontinenti bonæ fidei contractibus & negotiis adiectum competeret actio præscriptis verbis. an verò eadem actio, quæ descenderet ex iisdem illis contractibus. Proculus præscriptis verbis actionem dabat. l. si vir uxori. D. de præscriptis verbis. Sabinus verò eandem, quæ ex eodem contractu descendebat. l. si conuenit. D. de rescindenda venditione. ubi in factum



182 CAPUT V. DE PACTIS
actio extractio præscriptis verbis. Nam
& illa in factum actio dicitur in l. prima
& passim. D. de præscriptis verbis. quæ
propria est appellatio earum actionū,
quæ nomine vacant. Quæ proprium
nomen habent, ex facto dari dicun-
tur, ut furti, iniuriacum, damni iniu-
ria. l. actionum. D. de obligationib. &
actionib. quæ nomine vacat, in factum
nimirum, quia in factum accipiuntur.
l. quod bonis. D. ad legem Falcidiām.
vel componuntur. §.j. Institut. titul. de
exceptionib. quod factum res gesta vo-
catur in l. cùm mota. C. de transaction.
Illam Proculianorum & Sabiniano-
rum controuersiam indicat. l. Labeo.
D. de contrah. emptio. Sed eam postea
composuerunt Imperatores dantes ab
eiusmodi pacta corundem contractū
actiones. d. l. si fundus. 4. D. de leg. com-
miss. dict. l. Imperator. 16. D. de in diem
addict. & l. 2. C. de pactis inter empt. &
vēdit. in qua postrema lege dictio **V E L**
corrigit.

6 Præterea hæc pacta aliquid con-
tractibus adiicientia stricti iuris iudi-
ciis,



eiis, licet iis incontinenti subiiciantur,
non insunt, non continentur iis, non
formant actionem. Priorum enim nul-
lum in iure extare locum, quo id pro-
bari possit existimo. Deinde dict. l. 7. §.
quoniam D. de pactis. & d. l. in bonæ fi-
dei. C. d. tit. nominatim loquuntur de
pactis adiectis cōtractibus bonæ fidei,
haud dubie, vt ostendunt, secus esse in
strictis negociis. Denique hanc senten-
tiam tuentur. l. petens. 27. & l. si certis.
28. C. d. tit. & l. si tibi. 17. in prin. D. cod.
& l. rogasti. 11. §. si tibi dederο. versi sed
si dederο. D. de rebus cred. Cuiac. tract.
8. ad African. in l. Titius Sempronio.
D. de præscript. verbis. & in d. l. 7. D. de
pact. & libr. 10. obseruat. cap. 24. vbi re-
spondet ad l. petens. C. de pactis. & ad
l. vendor. D. commun. prædiorū. Do-
nēl. in d. l. in bonæ fidei. 13. nume. 33. C.
d. tit. & in l. si ita. 135. §. Seia cauit. D. de
verb. obliga. nume. 12. & 14. & Ioannes
Borcholt. in cōment. in d. t. D. de pact.
cap. vltim. num. 46. & titu. de usur. cap.
3. numer. 7. & 8. Non obstat l. lecta. 40.
in fin. D. de reb. cred. Ibi Iuriscō. Paulus



loquens de pacto, mutuo atque ita stricti iuris contractui incontinenti adiecto. Etsi, inquit, ut ille putabat ad exceptionem tantum prodesse pactum (quamuis sententia diuersa obtinuerit) tamen usuraru obligatio ipso iure, non committetur ex illis verbis *quamuis sententia diuersa obtinuerit*, elicere conantur. Glos. & alij interpretes pacta etiam stricti iuris contractibus incontinenti adiecta prodesse ad actionem, sed perperam. Nam Paulus Iurisconsultus eo loco prædictis verbis docet, pacta incontinenti stricti negotiis adiecta, reo prodesse non ad exceptionem (quod quidam putabant) sed ipso iure, hoc est eiusmodi pacta ipso iure tantum facere reum, ita ut actio in eum non detur, quæ opposita exceptione esset submouenda. Cuiac. lib. 10. obserua. c. 24.

7 Sequitur nunc de pactis, quæ contractibus bonæ fidei eorum naturales veletiam conventionales modos, siue quod idem est, causas, conditiones & adiuncta detrahunt, q̄ pacta dicuntur reformare & mutare contractus. I. iuris gen-

CONTRACTIBVS ADIE.

13

gentium. §. edeò. D. de paet. mandau. commodati, venditi, pignoris, locati causa & modus naturalis est, quod recipiunt dolum & culpam etiam leuem, quidam etiam leuissimam, ut suprà dixi. Pacto tamē eiusmodi naturales cauſæ modi & adiuncta detrahi illis contractibus possunt, excepto dolo. Pactū enim ne dolus præstetur, inutile est, si quidem hoc sit contrarium bone fidei, h. l. n. l. j. §. illo non probabis. D. deposi. l. 3. in fin. D. commun. diuidun. l. in cōmodato. 17. in princ. C. commodat. l. si vnu. §. illud. D. de paet. Maritus etiam non potest pacisci. vt dolum solummodo, non etiam culpam in dote præster, propter utilitatem nubentium. j. Pomponius. 6. D. de pactis dotalib.

8 Porrò hæc pacta, quæ detrahunt cōtractibus eorum naturales vel etiam conuentionales causas, modos, conditiones siue adiuncta, non actoris sed rei emolumentum concernunt, siquidem huius obligationem, quæ alias obstrin- geretur, relaxent ac mitigate. Et quidē semper valent & insunt contractibus.

m 5



136 CAPUT V. DE PACTIS
jusque continentur, etiam cum ex in-
teruallo subiiciuntur. d. l. pacta. 72. D.
de contrahē. emptio. Prosunt autem
reō diuersimodē. Aliās ipso iure, hoc
est, etiam non opposita exceptione pa-
cti, aliās verò per pacti conuenti exce-
ptionem. d. l. nec ex prætorio. infrā. h. t.
Ipso iure, si in continent, sive quod idē
est, ex cōtinēti, ab initio, in ingressu cō-
tractus bonæ fidei fiant: ope verò exce-
ptionis, si fiant postea, sive ex interual-
lo. d. l. iuris gentium. 7. §. quinimo. & §.
sequent. D. de pactis. dict. l. in bonæ fi-
dei. C. d. t. d. l. pacta 72. D. de contrahē.
emption. Cuiac. libr. 2. obseruat. cap. 15.
& lib. 10. cap. 24. & in d. l. iuris gētium.
D. de pact.

9 Denique quod iuris est in pactis,
quæ detrahunt bonæ fidei negotiis, de
quibus dumtaxat hac lege agitur: idem
quoque iuris est in pactis, quæ detra-
hant aliquid strictis negotiis, modò il-
lis incontinenti subiificantur. Nam
& hæc pacta ipso iure prosunt reō, etiā
non posita exceptione pacti. l. lecta. 40.
D. de rebus credi. l. 4. §. vlti. D. de pact.
l. ob-

I. obligationum. 44. §. conditio. D. de
obligation. & action. I. rogasti. II. §. si ti-
bi dedero. D. de rebus credit. quas leges
vt & antea ostēdi ita rectē intelligit Cū-
iacius d. lib. 10. obserua. cap. 24. & d. l. 7.
§. quinimō. D. de pact. & eum secutus
Ioan. Borch. titu. de pact. cap. vlti. num.
49. & seqq. & nu. 54. & titu. de usur. cap.
3. nume. 7. & 8. Et tantūm etiam de hoc
capite vltimo. Plura qui de pactis detra-
hentibus & adiicientibus cupiunt, præ-
ter veteres in d. l. iuris gentium. 7. D. de
pactis. & l. petens. C. eod. Videāt etiam
Donellum Cuiacium. Ioā. Borcholt. al-
legatis locis. itemque Frāc. Hotoman-
num in illustribus quæstionibus, quæ-
stio. 36. vbi is ab aliorum neotericorum
sententia in quibusdam discrepat.

Soli Deo gloria.



A D L . C O N T R A .
C T V S 23. D . D E R E G . I V R .

C O N C L V S I O P R I M A .

HAE C Lex contractuum
& quasi contractuum bo-
næ fidei conditiones tam
naturales, quam conuen-
tionales, quodam verbo-
rum compendio artificiosè explicat.

2 Nullam autē contractus plenam
& perfectam definitionem in libris no-
stri iuris aut monumentis interpp.no-
strorum vsquā extare putamus.

3 Nos cum definimus in hæc ver-
ba, Contractus est conuentio obliga-
toria propriâ suâ facultate absque iuris
ciuilis singulari confirmatione obliga-
tionem ad agendum efficacem produ-
cens.

4 Græcè vocatur συναλλαγμα, siue
μονομερῶσ siue utrinque obligationem
constituat.

Et

5 Et differt à pacto legitimo, quod similiter ut iurisgentium, semper nudum est.

6 Hodie tamen legitimi & iuris gentium pacti distinctio sublata videtur, cum ex omni pacto nudo, ut volunt, aetio detur, non tamen, ut arbitramur, iure canonico, sed potius cōfuetudine.

7 Porro quasi contractus est quasi conuentio quædam, proprio quodam iure (ut Gaius loquitur) obligationem producens: qualis est tutelæ administratio. Negotiorum gestio, item rerum communio, & quandoque etiam solutio indebiti, non semper; siquidem ea interdum proprius & verus sit contractus.

8 Ut autem actiones: sic & contractus & quasi contractus alij bonæ fidei dicuntur, alij stricti iuris.

9 Bonæ fidei contractus sunt, quorum actiones legis potestate eius naturæ sunt, ut ex iis condemnatio fiat ex æquo & bono, etiam ultra id, de quo inter partes nominatim conuenit.

10 Stricti iuris contractus dicun-

12000
tur, in quorum actionibus condemnatio sit strictè: veluti secundum ea, quæ nominatim in ipsa cōventione expressi & nuncupata fuerunt.

ii Atq; hoc discrimen legibus canoniceis non sublatum, sed potius approbatum esse credimus.

12 Eiusq; fœdere commodissime deciditur illa quæstio: An ob dolum in contrahēdo admissum, cōtractus ipso iure nullus sit, necne. Si enim bona fidei contractui causam dederit dolus, ipso iure contractus ille nullus est: si vero inciderit in ipso contractu dolus, nō quidem ab initio contractum reddit nullum, sed is rescinditur omnino, vel reformatur per actionem eiusdem cōtractus, vel per doli exceptionem. At stricti iuris cōtractus ipso iure non vitatur dolo, siue is causam dederit contractui, siue in ipso cōtractu inciderit. Sed contractus ab initio quidem juris subtilitate subsistit, atq; inde actio nascitur, verum dolo circumuentus inde nitati suæ consulere potest vel actione vel exceptione dolii.

13 Sunt



D E R E G . I V R.

13 Sunt autem bone fidei contra-
ctuum , & quasi contractum cōditio-
nes, quæ hāc lege indicātur, Dolor ma-
lus, culpa, & casus fortuitus.

14 Dolus malum, qui & fraus di-
citur, in p̄tē distinguunt Dd. in dolum
verum & dolum pr̄sumptum.

15 Culpa nihil aliud est, quām ne-
gligentia, sive pr̄termissio diligentia.
Et tam in omittendo quām in facien-
do consistit. Eiusque gradus tres dum-
taxat sunt, lata, leuis , & leuissima cul-
pa.

16 Lata culpa est pr̄termissio mi-
nimæ diligentia; eaque dolo proxima
dicitur.

17 Leuis culpa est pr̄termissio me-
diocris diligentia, qualem diligens &
frugi paterfamil. suis rebus adhibere so-
let. Et hæc propriè culpa dicitur. Vnde
vox culpæ simpliciter in iure posita, in-
telligitur de leui culpa, nisi materia sub-
iecta aliud suadeat.

18 Leuissima culpa est pr̄termissio
summæ diligentia qualē optimus quis-
que paterfa. suis rebus adhibere solet,

Et que ex opposito diligentia verbo, ve
in hac lege, ita & plerumque alibi signi
ficatur.

19 Casus fortuitus est, quē nullum
consilium humanū præuidere potest;
vel cui humana infirmitas resistere ne-
quit.

20 Dolum autem & culpam , licet
diuersimodè, omnes cōtractus & quasi
contractus bonæ fidei naturaliter reci-
piunt: Nullus autem naturaliter reci-
pit casum fortuitum, sed tantum ex cō-
ventione partium.

21 Et pro regulà hic tenendum est.
In contractibus, qui solius dātis gratiā
sunt, dūtaxat dolum & latam culpam
præstari: Qui verò ytriusq; contrahen-
tis gratiā habentur, capaces esse doli, la-
te & leuis culpæ. Eos autem , qui acci-
pientis tantūm gratiā celebrantur, do-
lum, latam, leuem, & leuissimam cul-
pam recipere.

22 Hinc depositum recipit tantū
dolum & latam culpam : quemadmo-
dum & precarium: quod licet hīc inter
contractus numeretur, tamen re vera
neque



neque contractum, neq; quasi contra-
ctum id esse defendemus.

23 Venditum autem dolū latam,
& leuem tātūm culpam admittit: licet
quātūm ad solum pretium, nō etiam
ulterius, veluti interesse, rei periculum
venditoris esse non absq; legum autho-
ritate quidam existimant.

24 Similiter & pignoris contra-
ctus, præter dolum & latam culpam, re-
cipit etiam culpam leuem.

25 Eiusdem quoq; conditionis est
locatio & conductio, cuius mercedem
etiam in aliā re quām pecuniā numera-
tā consistere posse asserimus.

26 Vter autem locator aut condu-
ctor dicatur, inter omnes non conue-
nit. Vulgò locator dicitur, qui accipit
mercedem: Conductor, qui eam dat.
Quā definitione meritò reiectā, alij lo-
catorem definiunt, qui dat vtēdum vel
faciendum aliquid: Conductorem, qui
accipit.

27 Sed & illam, vt nō satis accurā-
tam definitionem omittentes, Locato-
rem appellamus, qui definitā merce-



de, vel rem vtendam alicui cōcedit, vel
in operis præstandis se alicui offert: Cō-
ductorem, qui constituta mercede, vel
rem vtendam ab aliquo accipit, vel in
operis præstandis placitum offerentis
luscipit.

28 Præterea dotis datio, quæ con-
tractus est, & quidē ex eo contractuum
genere, quire perficiuntur, præter do-
lum & latam culpam, etiam leuem res-
cipit culpam.

29 Atq; inde etiam haud obscurè
intelligitur maritum non esse perfectè
rei dotalis dominum, licet verè Do-
minus ipsius sit, non etiam (vt arbitra-
mur) mulier eius domina habeatur.

30 Negotiorum quoq; gestio ple-
rumq; dolum latā & leuem tantum re-
cipit culpā, vt & tutelæ administratio,
Item societas & rerum communio.

31 A commodatario autē & man-
datario præter dolum, latā & leue cul-
pam, etiam leuissimam culpā iuris au-
toritate exigimus.

32 Et hæ, quas retulimus, natura
les sunt contractū & quasi contractū

COR-



conditiones. Partium autem conuen-
tionibus effici potest, ut vel plus vel mi-
nus in singulis contractibus veniat, sed
diuerso iure.

33 Si enim ab initio inter contra-
hētes cōuenerit, vt plus in his cōtracti-
bus præstaretur, veluti in cōtractu de-
positi, vt præter dolum & latā culpam
etia leuis præstaretur culpa: Vel in em-
ptione, pignore, locatione, dotis da-
tione, aut societate, vt præter dolum la-
tam & leuem culpam, etiam leuissima
præstaretur culpa, vel in mandato, aut
commodato, vt præter dolum & om-
nem culpam etiam casus præstaretur,
tunc aduersarius eius pacti nomine a-
ctori eadē tenetur actione, quæ ex con-
tractu principalī nascitur, non etiam a-
ctione præscriptis verbis.

34 Quod si autem inter cōtrahen-
tes cōuenerit, vt minus in prædictis cō
tractibus, quā illi naturaliter recipiūt,
præstaretur, veluti in mādato vel com-
modato dolus tantū & lata culpa-
non etiam culpa leuis & leuissima, pa-
ctum hoc ex parte rei inest illis con-

tractibus, & quidem ipso iure, si in continenti per pacti verò conuenti exceptionem, si ex interuallo fuerit subiectum.

35 Diuersa autem ratio est pactorum strictis negotiis in continenti subiectorum. Ea enim licet ipso iure prosint reo, etiam non posita exceptione pacti, modò confessim quid detrahant contractibus tamen si iis adiiciunt aliquid, et si in continenti, tamē ad actionem actori non prosunt.

36 Postremò, ut pactis effici non potest, ne dolus in bonæ fidei contractibus præstetur. Ita nec culpam aut casum fortuitum precario conuentione adiici posse arbitramur.

Respondit Sebastianus Dietlin Gerlitzenensis Fr. 25. Ianuarij An. 1587.

FINIS.

INDEX

PRAEcipitorum quae hoc commentario conti- nentur.

A

Actionem ex pacto, iure Canonico, li-
cet Doctores aliter sentiant, non
nasci, euidenter ostenditur. fol. 46

Actiones non solum sed etiam contractus
alij bona fidei sunt, alij stricti iuris, con-
tra quosdam interpretes. 58 & seq.

Actiones bona fidei sola lxx facit, no arbitrii
cuiusq. 64 & seq.

Aduocatus olim distinguebatur a patrono
causarum. III & seq.

B

Bonafidei contractus qui sunt: qui idem bri-
eti juris, difficile definitur. 59. & seqq.

Bonafidei contractus ipso iure nullus est, se
illi dolus causam dederit, contra quosdam
interpretes. 67. & seq.

C

Casus fortuitus quid, & eius vane appella-
tiones, Item species. 89. & seqq.

I N D E X.

- Codicis leges plerunque continent practicam iuris: at leges Pædectarum ipsam iuris artem. 166
- Compensatio locum habet in quantitate, nō in specie, seu corpore. 101
- Compensatio quod non potest obijci deposito, ex veteri est iure, non ex Iustiniani noua constitutione. 102
- Commodari accurata & perfecta definitio, eiusq; explicatio. 118. & seq.
- Commodari ea res non potest, que usu consimilatur, nisi fori ad pompam & ostentationem quis eam rem accipiat. 101. & seq.
& 118
- Commodatum prater dolum & latam culpam, recipit etiam culpam leuem & levissimam. 122. & sequent.
- Commodatarius præstat quandoque mortis damnum. 176
- Commodatum in quibus differat à precario. 121
- Communio rerum quid sit, definitione declaratur. 173
- Communio rerum ex societate, parit actionem pro sol. o, & actionem communis dividendo. 174
- Communio

INDEX.

- Communio rerum recipit dolum & leuem
culpam. 275
- Contractus definitio, vide in litera D.
- Contractus qui ab una parte obligationem
constituant, veluti matuum & stipula-
tio, non dicuntur (li. èt hoc Interpretes
velint) impropriè contractus. 7
- Contractus nomen tripliciter accipitur, pro-
priè, non impropriè, & propriè. 11
- Contractus propria virtute, & potestate sua,
absque legis confirmatione, obligationem
eficit aciem producit. 20. & seq.
- Contractus non solum verique, sed &
novo rite obligatorij, Gracè rursumq[ue] ad
dicuntur contra interpretes. 38
- Contractus innominati, non solo consensu,
sed velre, vel facto perficiuntur. 33
- Contractus non omnis, qui nomen aliquod
habet, nominatus contractus dicēdus est.
40
- Contractus nusquam significatur appellatio-
ne pacti in libris nostri iuris. 45
- Contractus nō minus quam actiones vel bo-
na fidei sunt, vel stricti iuris. 58
- Contractus bona fidei, item stricti iuris vera
definitio exemplis declarata. 59



I N D E X.

- Contractus etiam iure canonico alijs bona fidei sunt, alijs stricti iuris quo ad actiones, contra interpretes quosdam 65. & seq.
Contractus bona fidei, cui causam dedit dolus, utrum ipso iure sit nullus, an vero ab initio subsistat. difficultis & ardua questio. 67 & seq.
Contractus omnes aequitate canonica, & moribus, quantum ad mentem & substantiam intentionis, non quo ad titulum actionis, bona fidei sunt, & vitiantur ipso iure, scilicet causam dederit dolus. 72. & seq.
Cui acius putat pratoris edicto pacta exceptiones parere, quod probandum non videtur. 38
Culpa quid sit, & quotuplex, ex legum fundamentis ostenditur, suiectis interpretari erroreis opinionibus. 80. & seq.
Culpa non tantum in faciendo, sed etiam in non faciendo consistit. 80
Culpa leuis quid. 85
Culpa nomine simpliciter posito, singulariter leuis significatur culpa. 86
Culpa leuissima sapientia numero significatur diligentia verbo. 87
Culpa cod.
Culpe



I N D E X.

Culpa species à Bartolo, itemq; Zasio tradita
reÿciuntur. 89

D

Definiri aptè & accuratè possunt etiam res
iuridica: quod quidam negant. 4

Definitio contractus perfecta & plena nusquam
quam in libris nostri iuris à veteribus Iu-
risconsultis, aut Impp. tradita est. 5

Definitio cōtractus proposita in l. Labeo.
19. D. de verbo sign. non explicat omnem
contractum. 5

Definitio contractus à Theophilo in Institu-
tionibus tradita, duplice vito laborat. 13

Definit Cuiacius contractum felicius, quam
reliqui interpretes. 14. & 15

Definitio contractus à Cuiacio tradita nō
per omnia probata est. 17

Definitio contractus accuratior, eiusque per
singulas partes explicatio, quum ostendi-
tur verum discrimen inter cōtractus &
pacta. 17

Depositum accurata definitio, eiusq; diligēs ex-
plicatio. 97 & seq.

Depositum licet non mercedem: tamen hono-
rarium & remunerationem recipit. 99

Depositum recipit saltem dolum & latane

n 5



INDEX.

- culpam, non etiam leuem. 100
Deposito qui se obrealit, tenetur etiam de leui
& leuissima culpa. 100
Depositarius tenetur prestare etiam leuem
culpam, si aliquid pro custodia accepit 100
Depositor tenetur depositario non solum de
culo & lata, sed etiam leui culpa. 100. &
sequen.
Depositum reposcenti non obijicitur compen-
satio. 101
Deposito quod non potest obijici compensatio
ex veteri iure est, non ex noua Iustiniani
constitutione. 102
Depositum reposcenti non potest obijici excep-
tio non numerata, vel non date rei pe-
cuniae, si depositi rescriptio agatur: neq;
denuntiatio ab altero facto depositario. 102
Depositii actio infamat. 102
Depositii actio quādōg, in duplū cōperit. ibid.
Doli mali definitio, probatio, varia appella-
tio, eiusq; diuisio[n]is à Doctoribus tradi-
te, improbatio 75. & sequen.
Dolus alias est bonus, alias malus. 75
Doli expressam mentionē cum facit lex, sta-
tuens pœnam, non ad latam culpam porri-
gendacrit in asperioribus. 84. & seq.
Dolis



INDEX.

- Dotis datio quid. 154
Dotis datio qualis contractus. ibidem.
In dote præstat maritus dolum, latam & le-
uem cum patrem. 154
Dotis dominium uxoris sit, an mariti, noua
sententia firmissimis & immotis argumē-
tis munita. 156. & seq.
Emphyteutic⁹ cōtractus regrit scripturā, &
est iuris ciuilis, non iuris gētiū. 137 & 140
Emptionis & venditionis accurata & perfe-
cta definitio, eiusq; diligens explicatio. o-
mnia huius contractus requisita conti-
nens. 134
Emptionem & venditionem contrahentes
si in mercis vel corpore, vel materia dis-
sentiant, emptio nulla. 124. & seq.
Emptori tenetur venditor de dolo, lata & le-
ui culpa, non etiā de leuissima. 127. & seq.
Emptori si fuerit in mora, quo minus sibi res
tradatur, de dolo tantum venditor tene-
tur, non etiam de culpa. 128
Emptoris non est periculum rei, sed vendito-
ris, si res vendita sit, ut pondus, numerus,
vel mensura. 128
Emptoris est periculum rei vendita, etiam
ante traditionem, ita scilicet, ut si ea pe-



INDEX.

tierit casu supra pretium eius rei id quod
interest non consequatur. 138

Executio sententia definitiva, quibus modis
fiat. 53

F

Familiae certi undae actio etiam directa da-
tur inter bonorum possessores, contra in-
terpretes qui vellem saltet inter eos da-
re tradunt. 174

Florentina legio reijitur alicubi in bache-
ge. & probatur vulgaris. 91

Forma mandati non obseruata an competit
mandati actio. 209. & 138

G

Gratuitum est depositum. 99

Gratuitò mandatum expeditur. 107. & 110

H

Hypotheca differt à pignore. 133

Hypothecaria actio, etiam in pignore ita pro-
priè dicto locum habet. 133

I

Jacobus Cuiacius felicius diffiniuit contra-
ctum, quam reliqui iuriis interpretes. 14.
& sequen.

Jurisconsulti Papiniani encomium. 4

Jurisconsulti veteres nusquam reliquerunt
nobis



INDEX.

nobis perfecta contractus definitionem. 5
Iurisconsultus Papinianus duos integros co-
scripsit libros definitionum. 4

L

Locationis & conductionis accurata, plena
& perfecta definitio, eiusque diligens ex-
plicatio. 136. & sequ.

Locationem & conductionem quando efficiat
operarum prestatio, traditio utilis. 147

Locationis & conductionis merces non solum
in numerata, sed etiam in alia re consiste-
re, quam nummis potest. 141. & sequ.

Locator quis sit, quis item conductor, inter
veteres & neotericos non conuenit, que
utrique hac in parte refutantur, & vera
definitio traditur. 146 & sequ.

Locatio & conductio recipit dolum, latam &
leuem culpam, non etiam leuisimam: ubi
Interpretum quorundam sententia repro-
batur. 150. & sequ.

L. Omnis definitio. de regu. iur. sententia ex-
ponitur. 5

L. Labeo. de verb. signif. explicatur. 9

L. Omnium. de iudic. declaratur. 11. & 12

M

Mandati accurata & perfecta definitio, e-



INDEX.

- iūsque per singulas partes explicatio. 106.
& seq.
Mandato comparatur ratihabitio. 107. &
sequen.
Mandato quando comparatur ratihabitio
distinctione pulchra, & notatu digna de-
claratur. ibidem
Mandati actio num cōpetat mandatario. si
is fines mandati excesserit. 109 & 131
Mandatum licet sit gratuitum, tamen hono-
rarium sive salaryum recipit. 110
Mandati actione non petitur promissum ho-
norarium, sed extraordinaria persecutio-
ne. ibidem
Mādatarius prāstat etiā leuissimā culpā. 112
Mandator tenetur ac dolo, lata & leui cul-
pa. 113
Maritus uxori suae tenetur in rebus dotali-
bus prāstare dolum, latam & leuem cul-
pam, non etiam leuiſi. Interdum tamen
solum dolum. 155
Maritus non potest pacisci ne culpam prāstet
in dote. 185
Mercedis varia & multiplex appellatio-
nē. 142
Modis sive condicione cōtractum, vel sunt
de



INDEX.

de eorum natura, vel exira ipsorum naturam. 98

N

Negotiorum gestio definitio eiusq; expli-
catio. 167

Negociorū gestio dicitur quandoq; triplicis
ter cōtractus, licet sit quasi cōtractus. ibi.

Negociorū gestor tenetur regulariter de do-
lo & levi culpa: quandoq; de dolo tantum:

Interdum etiū de leuissima culpa: aliquan-
do etiam de casu fortuito. 170. & sequ.

Nomina contractuum sunt iuris ciuilis. 40

Nomen qui habet contractus, non est con-
tinuò nominatus, ut permutatio. 40. &
sequens.

Nomine qua differunt, re ipsa quoque diffe-
runt. 44

O

Obligationis verbo significatur efficax obli-
gatio. 23

Obligatio naturalis dicitur quā paras iurie
gentium contractus. 23

Obligationes naturales ex cōtractibus iuris-
gentium orta propter comprobacionem
iuris ciuilis, dicuntur etiam ciuiles obliga-
tiones. Ibidem, & seq.

INDEX.

Obligatio naturalis duplex est, una que ex
contractibus iurisgētum descendit: alte-
ra quæ ex pactis oritur. 27. & sequ.

P

Pactum iurisgentium actionem iure prato-
rio parere, Doctores quidam falsò tradunt.
28. & seqq.

Pacta legitima non esse cōtractus multis ar-
gumentis contra Doctores ostenditur. 35.
& sequen.

Pacta legitima sunt etiam nuda pacta: ut &
illa quæ contractibus bona fidei inconti-
nentis subyiciuntur. 38. & seq:

Pacti appellatione nusquam in libris iuris ci-
uilis significatur contractus. 45

Pactum sāpē transit in contractum. 45

Pactum iure canonico actionem parere Do-
ctores tradunt sed falsò. 46. & seq.

Pactum omne iure consuetudinario parit ho-
die actionem: nihilominus tamen pactum
est, non contractus. 55

Pacta quæ contractibus subyiciuntur, veleos
omnino mutant, & tollunt, vel ipsi quid
adyciunt, vel aliquid detrahunt iis. 178

Pacta quæ contractibus bona fidei adyciunt
aliquid, actori prosunt, & quidam ad a-
ctio-



INDEX.

- Actionem, si ab initio non ex intervallo fuerint subiecta. 180
- Pacta eadem prosunt ad actionem ex iisdem contractibus descendente, non ad actionem prescriptis verbis. 188
- Pacta strictis negotiis in continentia adiecta, reo prosunt ipso iure, non opposita exceptione pacti. 182. & seq.
- Papiniani l. Cencomium. 4
- Patronus & aduocatus claram distinguebantur in uicem. 111. & 112
- Periculum quid. 90. & seq.
- Pignoris significatio non est eadē. 137. & seq.
- Pignoris definitio accusata. ibidem
- Pignus & hypotheca differunt. 133. & seq.
- Pignus est alterius contractus fides & accessio, & soluenda rei vinculum. 134
- Pignus recipit etiam culpam leuem. 135
- Et quandoq^z culpam leuiss. Ibid.
- Pignoratia actione contraria conuentus, præstat saltem dolum. 136
- Positivus sepè ponitur pro superlativo, & contra. 151. & seq.
- Precary definitio. 102. & seq.
- Precarium neg^z contractus est, neque quasi contractus. 103. & seq.



INDEX

- Precarium recipit tantum dolum & letan-
culpam. 104. & seq.
Pecunia quid. 105
Præscriptio verbis actio unde ita dicatur.
145.

Q

- Questio iuris, an contractus ab una parte
obligatorius συνάλλαγμα dici possit. 32
Questio controversa, an pacta legitima sunt
contractus. 33
Questio ardua, an iure canonico pactum a-
ctionem pariat. 47
Questio difficultas: an contractus bona fide,
cui dolus causam dedit, ipso iure sic nat-
lus, neené. 17. & seqq.
Questio controversa, rei dotalis virum man-
ritus, an vero uxori dominasit, non senti-
tentia declarata. 1, 6 & seqq.
Questio perplexa, an pactum stricte negotiis
etiam in continentia adiectum proficit ad
actionem. 183

R

- Regula quedam generalis, docens, quos mo-
dos siue conditiones quicunque contractus suā
naturā recipiant. 96
Rerum communio quid sit, definitione de-
cisa.

I N D E X

- claratur. 173
- Zerum communio quasi ille cōtractus parie velationē cōdā id. vel fam. ercīs. 174
- Societas accurata definitio, eiusq; persin-
gula membra explicatio. 175
- Societas recipit etiam leuis culpa præstatio-
nem. 172. & seq.
- Sociū tenerē socio salē de dolo, & lata culpa,
non etiam de culpa leui, &c. ibidem
- Solutio indebiti quandoq; verus sine pro-
priis cōtractus est, nō quasi contract. 176
- Zuvatā & ymata alia sunt διπλευσα alia
μονόπλευσα. 177
- Tutela est quasi contractus. 178
- Tutela recipit etiā leuis culpa præstationē,
non autē leuissima, contra Harmeno. 179
- Vendor tenetur etiam de leui culpa. 180
- Vendor tenetur dūtaxat de dolo, si emptor
fuerit in mora, quo minus sibi restrade-
retur. 181
- Vendorū est periculum, si res vēditas sit, ve-
pondua, numerua, vel mensura. ibidem
- Vendorū est periculū rei vēdite etiā ante
traditionē, ita scilicet, ut si perierit pre-
iū eius ab emporē exigere neq;at. 182

9 2



ERRATA SIC EMENDATO.

Pagina 4. linea 3. ac. lege hac. p. 7. l. oportet.
l. 13. l. 12. omissa est particula Ita, ante cōcepta. p. 14.
l. 17. inclita. p. 16. l. 19. animaduertenti etiā. p. 18. l. 2.
cōventionis. p. 24. l. 13. obscurē. p. 29. l. 1. seruare. p. 30.
l. 5. adiuuādi. p. 32. l. 20. meam. p. 35. l. 10. propria. p. 38.
l. 7. manere. p. 39. l. 1. iuris. l. 23. adiecit. p. 67. l. 18. in-
ciderit. p. 68. l. 19. intentionis. p. 70. l. 6. cōsuet. burgū.
p. 75. l. 24. quēadmodū. p. 80. l. 21. effectu. p. 83. l. 13. idē
p. 105. l. vlt. suam. p. 114. l. 22. epit. p. 16. l. 15. præcedunt.
p. 113. l. 10. diligentiss. p. 119. l. 24. duabus. p. 144. l. 18.
debere. p. 180. l. 1. pacto. l. 11. Reum. p. 182. l. 10. cōcipiū
tur. l. 18. ob. p. 183. l. 9. ostendant. p. 184. l. 17. tutum.

Hæc cursoria lectio nō animaduerti: si plura
inueniantur, docti & æqui lectoris erit, emendatio-
nem adjuvare.





SPIRÆ.



AB. 154518

(x220 3760)



2

COMMENTARI^I
IN CELEBREM
L. CONTRACTVS 23.
D. DE REG. IVR. QVIBVS
 de Contractibus & Pactis, eorumq; con-
 ditionibus & effectibus, in usum &
 gratiam studiosorum iuris
 diligenter accuratèq;
 differitur.

*Auctore HENRICO BOCCERO SALCATENO I V. D.
 Adiecta est ad finem disputatio quædam, ex iisdem commen-
 tariis à quodam studio iuris perita, & publici exercitij
 gratiâ lib. ciudé auctoris præsidio Tubingæ habita*

